R. 12
3/16

REPERTORIVM MIRE FOECVNDVM

dum in recens emẽdata, diphthongis, & accẽtibus, nec non marginalibus Annotationibus nunc primùm illustrata Cõmẽtaria egregij uiri Domini Bartholomæi à Chasseneo, Iuris & Pontificij, & Cæsarei doctoris profundissimi, olim Aduocati regij Heduẽn. meritissimi: pòst autẽ Cõsiliarij Regij in parlamẽto Parisiẽsi: ac demũ parlamẽti prouinciæ Præsidis: super Cõsuetudinibus Burgũdię, ac totius penè Galliæ: ad seriẽ alphabeti (ut singula inuẽtu faciliora sint) accuratissimè cõpactũ.

Annotantur etiam omnia illa quæ nouissimè magno ornatu accesserunt.

LVGDVNI,
APVD ANTONIVM
VINCENTIVM.
M. D. XLIII.

Cum priuilegio.

Di catarino carranca

EXTRAICT DES REGISTRES
DE PARLEMENT.

SVr la requeſte preſentee a la Court par Anthoine Vincent marchãt Libraire demeurant à Lyon. Par laquelle & pour les cauſes contenues en icelle il requeroit qu'il luy fuſt permis de pouoir imprimer & uendre le reſte de la Repetition de Guillermus Benedicti, en ſon uiuant Docteur en chaſcun droict & Conſeillier au parlement de Tholoze du Chapitre Raynutius. de teſtamẽtis. Laquelle Repetition ledict ſuppliant auroit recouuert puis peu de tẽps en ca, faict trãſcripre, corriger, & en icelle faict faire les Sommaires & Repertoire. En quoy faiſant il auroit fraye grande ſomme de deniers. Auſſi auroit recouuert apres le deces de feu Maiſtre Barthelemy de Chaſſeneuz Preſident en Prouẽce les Couſtumes de Bourgoigne par luy gloſées & additionnées, & le tout bien & deuement faict corriger, Tous leſquelz liures ledict Suppliant feroit uolẽtiers imprimer pour le prouffit & utilite de la choſe publicque. Ce qu'il ne pourroit faire ſans ordonnance & permiſsion de ladicte Court. Et tout conſidere ladicte Court à permis & permect audict Anthoine Vincẽt de pouoir imprimer & expoſer en uente leſdictz liures. Et à faict & faict defenſes à tous libraires de ne imprimer, ou faire imprimer & uendre aulcuns deſdictz liures iuſques à deux ans prochainement uenantz ſur peine de confiſcation deſdictz liures, & d'amende arbitraire. Faict en Parlement le neufieſme iour d'Apuril. Lan mil cinq cens quarante trois apres Paſques.

Collation eſt faicte. Malon.

INDEX AVREVS ET MIrè fœcūdus in recens emēdata, diphthōgis, & accētibus, necnon marginalibus Adnotamētis nuper illustrata Cōmētaria eximij uiri domini Bartholomæi à Chassenęo, iuris utriusq; doctoris acutissimi, aduocatiq; regij Heduensis meritissimi, super cōsuetudinibus Burgundiæ, serie alphabetica quicquid bonarū materiarum in eisdē Cōmentarijs continetur, amplissimè demōstrans.

¶De litera A,

Index singularium materiarum

De amore

Index materiarum singularium

Ascendentes

Index materiarum singularium

Index ſingularium materiarum

¶De litera C.

Cauſa

Index singularium materiarum.

Index singularium materiarum.

Consensus

Diuortium

Si filius

¶De litera E.

Index singularium materiarum.

Emphyteuta

Index materiarum ſingularium.

Executionem

De litera F.

Dd

¶De litera G.

Index materiarum singularium.

¶De litera H.

§.4.

¶De litera I.

Interpretatio

Lex

¶ De litera M.

Marchionatus

comparere

Mulier

¶De litera N.

Naturalis

Non

Parentum

Pecunia

Plenariæ

Quod

Index singularium materiarum

Principi

Procurator

¶De litera Q.

¶De litera R.

¶De litera R.

Renuntiatio

¶ De litera S.

Substitutio

¶De litera V.

tranſactionis

Deo gratias.

¶Finis mirè fœcũdi ac per elemẽtorum alphabeti seriem digesti Repertorij Commentariorum Domini Bartholomæi à Chasseneo Iurisvtriusq; doctoris longè clarissimi, in Consuetudines Ducatus Burgundiæ,quod quidẽ hac editione diphthongis,& accentibus illustratũ,& marginalibus Adnotamẽtis locupletatum, necnon diligenter emendatũ,Lugduni que venustis characteribus excusum fuit apud Ioannẽ Crispinum,Anno publicæ salutis Millesimo.D.xliij.Mense Martio.

Collectio Indicis.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk.
Omnes terniones, Kk duernio enim est.

CONSVETVDINES DVCATVS BVRGVNDIAE D. BARTHOLOMAEI A' CHASSENEO.



BARTHOLOMAEI

à Chasseneo humanorum Iurium doctoris præstantissimi Commentariorũ in Consuetudines Ducatus Burgundiæ pręcipuè, ac totius Galliæ suprema recognitio, cum accessione quàm unquã maxima: ubi maiusculis Additionum literis, aut hoc signo ☞ prænotatum est. Et quæ superiores impressiones sub Additionum titulo præ se ferebant, nunc uno contextu sunt repositæ. Aduerte studiose lector nuper adiectas marginales Adnotationes fuisse, diphthongos insuper, & accentus cõgruis locis addi curauimus.

REPERTORIVM PRAETEREA non parum auctum est, maximè illorum quæ in hac postrema æditione annotauit Autor.

CVM PRIVILEGIO.

LEONARDVS Alonnus Heduus lectori, Salutem.

PAROEMIAM Sequutus Homericam: lector cādide, quæ (si Gellio & Laertio credimus) Socrati Diogeniq; vice Adagij semper in ore fuit, qua quidē nobis scitè præcipitur ædibus in nostris quę praua, aut recta geruntur, adamussim discutere: ab ipsis (vt aiunt) laribus domesticis, Hic noster Bartholomæus merito sua sumpsit exordia: siquidem propria Vineta cedens: q̄ emunctè, q̄ tersè & abūdè nostra interpretatus sit iura municipalia, omnibus plane non liquere nō potest: nisi talpa, aut leberide cæcioribus Huius autem negotij testis ipse sum locupletissimus, cum latio simul degeremus in orbe. Testes etiā tot vigiliæ, tot labores, tot deniq; noctes insomnes Ticinensi Gymnasio exanclantæ. Quas mediussidius per lustrū & amplius domi delitescere passus est, ne more neotericorū hi spassim diebus in nostro iure scripturiētium (Quibus planè obruimur & cōfundimur) inanes videretur glorias aucupari. At vero cū amicis, tum patrię assiduis precibus fatigatus, vix tandem post Quinquēnium permisit Quo hæc sua, (tanq; Copiæ cornu) commentarià in lucem prodirent. Quibus nostrū Quidē ius cimmerijs penè obuolutum tenebris, tutaretur & defensaretur. Itaq; huic nostro Regio patrono (Quē ex Aristotelis libro Ethicorū quinto Acrībodiceum, id est, exactū iuris interpretem rectè dixerim) q̄tū debeāt nedum causidici nostrates, verū plebs ipsa tota litium, viderint hi, q̄bus quotidie necessariò suis opus est commētarijs. Quamobrem lectores optimi huic inq; nostro Bartholomæo iuriū doctori et enodatori acutissimo, tanq; alteri recētiori Socino, aut ātiquo illi Seruio Sulpitio immortales gratias agite: æqui boniq; consulite. Valete felices.

LEONARDI ALONNI HEDVI ad lectores hexastichon.

Hunc eme uel minimo librum: tu candide lector,
Qui tibi de tenebris Celtica iura refert.
Et patriæ legis nodosa enigmata soluit:
Muscoso ac longo quæ latuere situ.
Si rogitas quisnam tam grandia munera nobis
Attulit: in promptu, Bartholomæus adest.

IOACHIN DE SADO IN PROVINciali Regio Senatu minimus, elimatorū operum Chassenei sibi præsidis eminētissimi, ad Lectorem studiosissimū Iustiniani & alumnos citat encomium.

SOLENT MVLTI QVIDEM NOstrorum & superiorum proximè temporū frugis opinatissimi uiri, qui uerè studiosi sunt per omnē uitam, & quādiu licet illis suo arbitratu uitæ cursum moderari, aliud nil, aut parum agere, quàm impendio literario prorsus se elaborare, & si libuerit, quandoq; cessent, ingenium relaxent, aut feriantur: sic ocientur interdum, ut cessatio plus adferat bonæ frugis Reipublicæ, quàm quorundam negociosissimæ occupationes. Sic fortis & gnauus miles dum induciæ in æstiuis aut hybernis præstant, ut necesse non sit in acie stare, aut excubare, ita lusibus, torneamentis animum relaxat, ac uires reficit, ut lusus ipsi militiā sapiant: pugnat ad palum, iaculatur ad scopum, vibrat hastam, decertat palæstra, concurrit lanceis, armatus in equum insilit: deniq; sic feriatur, ut ad disciplinā militarem reddatur uegetior. Non absre uigilantissimus archimiles Iustinianus, cognomēto apud aliquos magnus in utrunq; tempus (qualem decet Augustum) se cōferens armis propemodûm quiescentibus, infinitas penè antiquorum dispersas constitutiōes, quæ quàm plurima similitudine necnō aduersitate uacillabant, q. Institutionum scilicet, ffrorum, ac. C. corpus primum sui imperio coarctatas, uitio purgatas, Triboniano excelso quæstore cū collegis operi ministrante moderatim redigendas laboriosissimè non modò censuit, quinimò præter eas æditiones extra prædictarum corpus diuagantes sacratissimas eiusdem quinquaginta decisiōes competentibus titulis supponendas prioribus eò impensius aggregare. Quid plura? iterum secundas tam ex Vulpiani prudentissimi libris ad Sabinum compertas, quàm et nouellarum ipsius significatas constitutiōes, (Quas prælectiones repetitas ueteres nominabant) tandem ex integro additione repletas conscribi, prædictis, & incorporari sano statuit procerum consilio, Quàm optimè ratus nulli in dubium uenire, quod repetita prælectio probauit, hoc plus quā satis ualidum, satisq; formosum iudicari oportere: hinc tritū in ore omnium ferme abundat adagium lectio decies repetita placebit. Ad hec merito maiorum, quibus inhærendum uestigijs, iuxta illud Dominicum, Quemadmodū ego facio &c. me traxit ob oculos perquā colendi mihi præsidis quodammodo exemplum hominis & quasi opinio, qui nec tam a curis abesse & adamata potuit bibliotheca, ut quantuncunq; castigatum primo tam altè, quā apprimè Burgundionum (ut aiunt) Consuetudinarium, non dicam quisquilias toti concinnasset Reipublicæ illius & enchiridiū ex penitissimis scire licet auitorū prudētum Iureconsultorum partim Chassenei nostri proprijs scitis elimatis interpretationibus cōmentatū, antehac tamen nusquā intentatum posteris fruendū reliquisset, tradidissetq;: ut magis magisq; tātillū Rempublicam literariā coadiuuaret, attendens uerisimiliter nouas, naturam deproperantem ædere formas, aliquid & semper creare noui. Nactus is nonnihil ocij, idest inter meridianas, nocturnasq; à somno è restantibus suffuratas horas, uti uidimus passim sui officij continuis districtum curis, posteaqum à ad amplissimæ Prouincianæ curiæ Præsidatū debitè euectus fuit et fastigium. Cum primùm atq; potuit adinuentum nō minus subtiliter, quā utiliter interpretatum sic cōsuetudinarium laudabilibus repetitis relectionibus digestum iterum atq; iterum hodie summis cum uigilijs nouissima hac accessione locupletatus est, uelutri operi perfecto necessarias prioribus has studiosè adiecit appendices pharmacis et suis uitæ redditum, aut si mauis (plenovt dicunt cornu) innouatum tanquā glomeratum sic obtulit manipulum, q. hodie sui felix opus hoc exhibeat testimoniū: in quo siquidem olim pluscula Heracliti scriptis obscuriora extitissent, forsan q. delio indiguissent (ut Socratico utar dicterio) enarratore hodie sanè (quod dicitur) sine cortice hosce Burgundionum mores enatare recōditissima quæq; cōsuetudinis mysteria hoc Autore absq; Theseo poteris perrimari. In eruendis autem Chassenei abstrusioribus sententijs aucumen, in hyperbatis connectendis diligentiam, in explanandis tropis sedulitatem in attemperanda scripturarum diuersitate fidē, citandis & testimonijs, dignisq; suis autoribus, (Quicquid æmuli garrulentur) fidelem hominis cernes copiam: quem & si probaueris, non est, dico tibi, quòd blaterones ac momos timeas. Nunc usq; adeo tersius Burgundionum Consuetudinarius prodijt libellus, nitidus, emaculàtus, ut nec torpentibus uel oscitantibus ullum conquerendi locum relinquat. Si quæ uerò in prioribus perperā constarent distincta, nūc suis discreta periodis lucidam, celeremq; sui præbent appræhensionē, purius, emūctius quid hac re poterat nobis præstare author? Siquidem ex moribus

lites

lites, controuersias Burgundionum, imò & Gallorum infinitas
nobis inantea sperandas primus diremit, calumniandi aduocatis
improbis, & quantūlibet litigiosis uicißim perplexis conqueren
di ademit occasionē, ambigua, obscura inibi illuminauit, & non-
nunquā si in contrarias & aduersas prudentum sentētias incidit,
ne disputandi amplius ansam præbeant, interposuit, demū suam: à
qua, propter spectatū eius iudicium persuasam omnibus æquita-
tem, ingeniosiorū nemo est qui discedat, ne litē suā facere cæteris
existimetur: ita in his sanè intrepidus, uehemens accuratis inceßit
paßibus: ut nihil reconditū, nil tam altis immersum uoraginibus
inenucleatū extiterit, & ultro impensius ad omnium communem
frugē itidem in lucem castigationis typis emittere nō postposuit.
Hiccine Cæsar si uniuerso cui preerat populo pacē et futuro, quā
suis legibus exactißimis armatam diuinitus tanquā imperitauit,
hanc herde ciuilem ubi adfuit uocali primo eius in componendis
priuatorum patrum cōtentionibus interposita cura, gratia, et in-
dustria. Tum nouißimè operata scripto sui antehac nusquā ab a-
lijs intacta interpretatiōe circa obscuritates nocte penè obductas
(id est sublatas) Burgundionum (quas appellitāt) cōsuetudines,
iteratis ad id cōmentarijs cum maturis appendicibus Catalogo,
Consilijs, cæteris cußis ipsius uigilijs decoratā præcipuè compa-
triotis noster indicauit Chasseneus perpetuū illis sui monumentū,
id est memoriæ iubar adiūxit, ac pignus uelut strenam & si papy
raceā auro, argento tanquā perenniorem dicam precisiorē reli-
quit amoris. Sināt nō iniuria suum usq; adeo efferre Romani Cur
tiū, quem præ sui erga patriam pietate tot laudum ornant præco
nijs gloriæ principatu decēt: quippe quum eques ille admotis cal
caribus præcipitē sese in clamantis hiatus horrendū sic egerit pro
fundum, ut recidiuo tūc fugato uiru pestifero temporalē urbi eo
facto nactus esset aliquādiu quietem. Ast multò nunc maioribus
Burgundia Prouinciæ prouincia cōdignū suum intonet authorē,
utpote qui prædictis spāliter trāsmiserit & æternā: qui ue cōmis
sis ulterius sibi puincialibus, quos inter uepres tādiu, ac nebulosè
progredi quosdā ubi audiuisset, quasi cæcatos, nesciētibus quò ire
consimiles, quantocitius minister hic regius & præses alter penè
Tribonianus breuiusculo tam primi anni suo cōgressu eradicatis
sentibus: fugatis eo procurāte è populo quibus premebātur tam
sæuis & continuis exactiōibus, turbinibus & liberato, tandiu ab-
errātes ad semitā docta sui quadā experiētia restrinxit æquitatis
iustitiæ & ueritatis: quodq; enixa tot annis antiquitas, efficere
suo conatu nequiuit, anno ferme uno, quo hic Lutetiam Parisio
rum apud christianißimū unà secum cōuigilauimus: acceptæ ma-
gis istius probitatis iurisprudētiæ sic concluserunt dotes, quibus
semper apud prothoregē Franciscū pijßimum ad Parisiorum se-
natū proprio Regis non stimulato præterquā a consenatoribus
motu euectus, inde ad præsidatū eodē credito præualuit electus:
utq; huius procuratione laudata iam dicta libentius omni perso-
narū cassa acceptione, cum paulò fas senatus Prouinciæ sit hodie
perpetuòq; sancta Iustitiæ illic turbata prius paßim adire pene-
tralia. Quò fit, ut gloriam suo nomini cōparauerit, atq; tot tamq;
legatis pijs & relictis suæ ædificauerit posteritati in secula secu-
lorum. Gaudeat itaq; Burgundia Prouincialis quā maximè gens
Chassenei nostri simul progenies tanto antidoto meritò exultet,
cōgratuletur, collaudet Gallicanus uniuersus, atq; christianißi-
mus, quē è suis interpretandis moribus multa de præsidis nostri cō
suetudinario Catalogo cæteris lucubrationibus palàm est sæpius
mutuari. Vestris candidati lectores in publicū opus relatū auspi-
cijs uestris dicatū cōmoditatibus sapiētißimo probate iudicio pro
batum multorū: enimuero exponens se allatratibus circūquèren-
tium æmulorū morsibus, quibus et tanquā fusijs caninis fortes, nō
accepti beneficij immemores in faciem resistite: uirū uobis magis,
non solū sibiipsi natum pro uiribus & iustitia sustinete. Ipse ego
nempe oraturum posse tenus me offero, ne quasi cum Petro usquā
& nunquā fides deficiat uestra. Vale, hanc & opellam diligen-
ter aduigila. Datum Lutetiæ Parisiorum, ubi tunc Prouincianæ
Parlamenti Curiæ sub præside equidem nostro legatus connego-
ciabamur quinto Calend. Iulias, Anno supra millesimum à natiui-
tate Domini. 1535.

IOHANNIS ENNEL-
lani Burgundi Apologetica de Ti-
raquelli criminatione Episto-
la Ad Lectorem.

CVM NVPER
in cuiusdam Tiraquelli Pictonensis
enarrationem, siue ut ipse uocat, repe-
titionem in. l. si unquam, titulo de re-
uocandis donationibus. C. incidissem,
ac illius è limine scriptam epistolam le
gissem primùm, hominis gloriosi arro
gantia atq; ideò petulantia grauißime
commotus sum: quòd uiderim illum magni Chassenæi nostri no-
men dignitatemq; sugillare uoluisse. Itaq; tēperare mihi ipse non
potui, quin illius tam impudentē insolentiā hoc loco ostenderem,
ac demum retunderē. Ecce tantū uirum, Quem ne aperto nomine
quidem, sed per Indicē (quod indignius est) nominat, arguit pla-
gij, simulq; imperitiæ insimulat. Nā de legibus cōnubialibus suis,
inquit, tametsi mendis multis scaterent, accepit plurima, & cum
mendis suis usurpauit, & tamen auctorem se aut nunquā, aut ma
lignè laudauit. Videamus autem unde hanc plagij constituit accu
sationē, unde probauit? Cur non locum designauit nobis, quo id
uel semel tantûm admissum monstraret? An uerò putat quæ ipse
ab alijs atq; alijs inuenta expilauit, & alijs quibusdam uerbis in-
terpolauit, sua usu fecisse, ut eis cuiuis perinde atq; ipsi uti non li-
ceat? Ergo eum plagij reum faciet, qui uel Bartoli, uel Baldi, uel
alterius sententiā recitauerit, Non etiam egregij ipsius Tiraquel-
li fecerit mentionē, qui idem in legibus suis scripserit, Quod uel
Bartolus, uel Baldus, à quibus acceptum habuit? Atqui uerius pla
giarium eum appellabunt omnes, qui centones suos ex priorum
Iurisconsultorum uoluminibus excerptos atq; cōsarctos mācipio
suo totos illos asserat. Vides quam iste est suffenus sibi, tam arro-
ganter collectanea quædā prædicat sua, tam magnificè iactat, tam
inaniter ostentat, alienis ut detrectet procacißimè: Quod uitiū
homines illi similes ferè inuadere solet, qui nimium φιλαυτοι
sunt, ac plus æquo sibi placent. Sed quæso, unde ille tam sibi place
re potest? An de legibus connubialibus suis? quæ non nisi Matheo-
logias illas recensere uidentur, lasciuiasq; docere Ouidianarū exi
lio uindicādas, deniq; in quibus ex sylua aliena totā istā struem cō
fectam esse agnoscimus. Rem homini quālibet negotiosißimo fa-
ctu facilē. An de repetitione noua? At legē illā tam bene tamq; ex-
actè prius ornauerat Frāciscus Ripēsis Iurisconsultus nostra me-
moria laudatißimus, ut illustrādi eā magis materiā nullā reliquis-
set, nisi bellus ille recōcinnator alienū opus renouare in animum
induxisset: & alijs, alijsq; undecūq; cōquisitis augere. In quo ex-
tranea, unde facere sperabat speciosus, & ad propositū nō perti-
nentia plurima adiecit. Pergo, quid est quod cū mēdis scripta sua
usurpata queritur, & se non intellectum sibi uulgoq; persuadet?
Quæ ista est improbitas? Si mendis, si erratis plena fuerint omnia
gratia potius multa maximàq; habenda ei fuit, qui cum mendas
magno errantis dedecore emendare potuisset, honesta dißimula-
tione, pro ea qua est humanitate, pertransire maluit, locorū sola

recitatione cõtentus. Neq; enim studium illi unquã fuit cuiusquã nomini detrahendi, ne istius quidẽ. Quin potius amplificandi eius gratia sæpe in libris suis idipsum lubenter commemorauit, quod inde ei lucis accessurum esset plurimum, non quòd hominis eiusmodi uelut alicuius probatissimi auctoris auctoritate uti uellet, quippe cuius fama adhuc in obscuro est, & qui nihil nisi ex aliorum traditiõe refert. Iam uerò ubi sunt gryphi illi, ubi illi abstrusi profundiq; sensus, quorũ intellectum Chasseneum fugere dixit? O turpem calumniam. O insignem uesaniã? Deprehendi id quod res est, Errores enim iste quibus leges suas deformatas agnouit, tãdem, professusq; est, eo colore excusare obtegereq; sc posse putauit, si quẽ audacter de eis corriperet, quasi eo modo omnibus persuasurus aliena non sua culpa admissos fuisse, atq; ita existimationem illibatam cum maxima alterius iniuria seruare uoluit. Non dicam planius. Omnes, puto me satis intelligunt. Siccine aũt lædenda alterius fama fuit, sua ut tuta esset? Aliter profecto, aliaq; uia aliquid nominis comparare retinereq; potuerat, si modestiæ rationem aliquã tenuisset, Sed heus nominis sui curam ad se magnopere nõ pertinere, eamq; Christiano male cõuenire dixit. Quæ istæc noua religio? Imò uerò si quem unquã, hũc certè maximopere ea cura tetigit, torsitq;, nec quisquã mihi magis quã iste glorias inaneis cõsectari atq; aucupari uisus est. Ecquid enim superciliosè indignaretur laudẽ suam, ut uult, interuersam ac præceptã sibi, nisi quia totus in id intendit, ut ab omnibus laudetur, & ei succlametur σοφός. A quo plurimũ quidem abest, uel ob hoc, q nimius in maledictis, in obtrectatiõe, in probris fuit, & nemo uelit maledicẽti benedicere. Hinc sui laborumq; suorum omne precium amisit imprudens, hinc procacitatis, hinc inuidiæ nomen contraxit sibi. Viderit igitur quantũ de maledicẽtia sua meruerit? Quid? ille præterea pxima libri sui æditiõe peius facturũ se minatur, et Epistola sua uelut prolusorio aliquo Chasseneo nihil tale nec opinãti, nec merenti bellum intentat, quo iure? qui ab hoc modestissimo uiro nulla iniuria, nulla re, nullo uerbo lacessitus nec puocatus fuit unquã, nisi iniquo animo ferat præsumptum sibi fuisse ea scribendi argumentum, quæ is Catalogo suo complexus est, q inde rectè olfecisse mihi uideor, quia eum putat arrogãtissimus iste non nisi leges tractare. et intra suã pelliculam (ut uerbis ipsius utar) continere se debuisse, quasi uerò ipse eruditius, & in communem rerũ forensiũ usum melius facturus fuisset. Ita ne sui fuit oblitus, ut promittere hoc sibi aliquando uoluerit? Non puto, uerũ homini satis fuit eleuatione magnorum aliorũ operũ leuibus suis dignitatẽ hoc mõ captare, atq; eò adducere nos, ut crederemus Tiraquellũ Chasseneo maiora præstare potuisse. Ita sæpe sciolos in omni arte facere uideas, ut si quãdo doctos quospiam aut legerint, aut audierint uulgò illos parum scire iudicent, quo longè doctiores ijs de quibus iudicant, habeantur. Appellare hic blaterone impudentissimum lubet. Tam parum peritus ei uisus est? Qui omnium iudicio doctissimus (ut est) existimatur. qui eo tam est eruditione quàm dignitate superior: qui ob singularẽ doctrinæ suæ commendationẽ à munere aduocationis Regiæ, à quo Heduæ honorifice fungebatur. In parlamentarem Parisiorum curiam totius collegij suffragio cooptatus, deinde a principe ipso in amplissimæ Prouincianæ curiæ promotus est citra ambitũ, aut suffragium cuiusquã. Huius dignitatis debebat ille meminisse, ob reuerẽtiam cuius nemo uel in sensissimus ab ijs cõtumeliosis conuitijs nõ abstinuisset, quibus ne minimo quidẽ uerbo offensus usus est, nullã dignitatis illius summæ, sed nec uenerabilis senectutis rationẽ habens, quia, opinor, pudori mandauit laqueum. Abũde habebat q inuidiæ suæ fecerat satis nimirũ existimãs probris suis nomini illi tam claro tenebras offudisse, q tamen nullo modo potuit obscurari. Monere itaq; obtrectatorẽ istum uolo, ne se frustra in eo torqueat, amplius, ut luminibus tanti uiri tanq; splendidi officiat. Quòd si pergat facere, & maledicere ut cœpit, non desinat, Rursus moneo, animaduertat uerba se nõ facere mortuis sed cum ijs rem habere, qui iniuriã retalliare, & malum malo reddere probè norunt. Vale suauissime lector, et Chasseneum cum de omni, tum de pulcherrima quã hic tibi nauauit opera ama ac redama. è qua maiorem fructum: quã de inuidi sycophantijs referre te senties. Cabilone. 5135.

BARTHOLOMAEI CHASSENEAEI PONTIFICII AC Cæsarei Iurium doctoris, ac in Balliuatibus seu prouincijs Hedueñ. ac Montisſinerij Regij aduocati, n consuetudines ducatus Burgundiæ, ac Cadreleñ. comitatus præcipuæ, Borbonij ducatus, Niuernen. ac Burgundiæ comitatuum, & multarum aliarum Galliæ prouinciarum consecutiuè & accessoriè Commentaria causidicos ipsarum prouinciarum, & vtilissimæ praxis sectatores, cæterosq; iuris professores, horum commentariorum lectores sibi autori fraterno amore iunctos hac præfatione exhortantis, incipiunt.

*

OMNIS qui de se, vel ingenio, vel autoritate, vel literis, vel arte quapiam, aut opera, aliquid seu ciuib9 suis, seu propinquis, seu omnium hominũ generi spondere potest homo, eum figere sibi vitæ, statum aliquem debet firmum & permanentem, in quo fructũ sibi tributæ facultatis à Deo maximo hominibus possit exhibere. Ea de re cùm ego Bartholomæus de Chasseneum inter iurium doctores minimus aliquando meditarer post tot gymnasia, & in Gallia, & Italia frequentata, post tot ciuitates & oppida peragrata continueq; inhabitata, post aliquot doctissimorum hominum conuentus perlustratos, post eos quibus perfunctus sum, magistratus in Italia gestos, post illustrissimi domini Caroli Ambasiaci exquęstoris seu vicegerentis generalis in Italia pro christianissimo Rege Francornm, ac mãgni magistri Franciæ & ipsius christianissimi sub iussibus dicti Ambasia negotia cum aliqua laude peracta & sustentata. Quemnam tandem finem mihi imponerem vbi tãdem consisterem, in qua potissimùm vel ciuitate, vel regione meme, studia, vigiliasq; meas cum laude exercerem, pauibundus, ipse vna mecum anxie dubitaui, sentiens me tenuissimi ingenij hominem, & doctrine exigue vt longe cõsultius abesse cum aliqua aureola ĩter ignotos potuerim, quam in patria quę semper maximum aliquid in suis expectat, non summam laudem obtinere. Tamẽ nescio qua in patria charitate deuinctus dulci a Scęuola iureconsulto libro Digestorum. xxxj. l. qui habebat. ff. de legat. iij. estimata & a Nasone in Ponto inquiente. Nescio qua natale, solũ dulcedine cũctos Ducit, & immemores non sinit esse sui, quasi ex Aurelij snĩa: illa ipsa quę genuit patria. quę me educauit: quę me in eum qui sum ad disciplinas capescẽdas

Ad Lectorem.

scendas virum enutriuit, cogitationes oẽs meas, & studia ad hãc ciuitatẽ Heduẽsem sub christianissimi Regis nostri Ludouici duodecimi, iubare aduocandi officiũ conuerti: meque constitui, vt neq; mihi semper illud Socratis vsurpandũ esset q̃ essem mũdanus, & nõ Heduus. Et quippe totꝰ orbis pro patria erat: neq; parum illud Ciceronis charitatissimum dictum lectitasse viderer, admonẽtis homines nõ solũ sibi natos esse, ortusq; nostri, sed partim patriam vẽdicare, partim amici: nullaq; sit tam vehemens & procul à suo sensu fera, nulla volucris: nullumq; animantis genus, q̃ non aliquando à cunabulis (vt ita dicam) respiciat: q̃ non sui lustri: nõ cubilis, non nidi meminerit, & in eum sese studeat, cũ est longissimè diuq; euagatum reuocare, exposuerunt vltro sese morti viri clarissimi tam multi, quorum recordatione antiquissimi annales referti sunt pro patria non tuenda modò, sed clarificãda, sed illustranda, sed ampliore honoris & gloriæ fulgore amplificanda. Ego tot annos studijs liberalibus pertriuerim ciuilem sapientiam tam longissimis conatibus perceptam iurisconsultorum responsa: magnanimorum Cæsarum sanctiones, & iussus pontificum Decreta condidiscerim: & non malim apud meos vel ignobilissimè viuere, fructumque laborum meorũ & vigiliarum communicare quàm apud peregrinas gentes, aduenam, vel summum culmen, si contigisset, obtinere. Quod si longè aliter est, quantò præclarius à me factum, vt in hac patria nostra sub choruscantissimis iudicijs seu palatijs, & curijs huiusce nostræ patrie in meis laribus & focis apud meos penates inter nostra sancta penetralia florentissimè degam, quàm sub alieno cælo q̃tumuis sanctissimam vitam traduxerim. Quod cum ergo ad sanctissimæ iudicia huius nostræ ciuitatis & patriæ vitæ statum his de causis & rationibus me firmum & permanentem figere vitæ statuissem, officio regiæ aduocationis sumpto, animaduerti acturus quædam pro studio camerario ea mihi assumenda, quæ sanctissimis iudicijs nostris, & in palatijs, quotidianis litigijs, & iurgijs sæpius versari viderer esse attingenda, iuxta Pauli iurisconsulti præceptum in l. legaui. ff. de liberis legatis. Audiensq; & perpendens in amplissimo senatu huius nostræ patriæ, in auditorijs & palatijs sanctissimorum iudiciorum huius nostræ patriæ has nostras consuetudines proponi, & allegari, pluraque & infinita super illis oriri dubia, & per illas omnia feræ dubia decidi, & determinari: illas repetitis vicibus legere & perlegere decreui, vt quantum ingenij mei capacitas extendi posset, illarum intellectum & mentem caperet. Quæ licet aliqualiter visæ fuerint mihi rudes, & quodammodo in quibusdam difficiles. Tum propter aliquorum terminorum obscuritatem, & nouorum vulgi introductionẽ. Tum etiam propter multorum casuum emergentiũ, & dubiorum innumerabilem productionem, ex quibus reddebantur difficiliores. Etiam fuissem plurimis curiarum negotijs occupatus, & stimulis vxoris impeditus. Ciceronem ipsum sum imitatus, qui Terentiã repudiauit, eo q̃ vxori pariter & philosophiæ operam dare se non posse fateretur. Aliquas horulas furari mihi decreui, quibus ad commodum meijpsius primo, aliquorum deinde practicorum rudium. quia non grãdis non sum grandium cibus, has nostras consuetudines, seu legum municipalium librum exponere tentaui & commentari, in quibus inserui partim à nouissimis & in causis audita, partim mihi vita vtilia: non q̃ sit aliquid in me tale dignum à me audiri vel sciri: sed studio addiscendi, quo ille Herennius Modestinus notando & disputando optima ratione decreuit. l. finali. §. mixta. ff. de mu. & ho. ingenium enim docile & sine doctore laudabile est: vt dicit Hieronymus: in epistola ad Paulinum. Et vt ait Seneca ad Lucillum epistola. xxvij. Cupio omnia quæ scio in alium transfundere, in hoc aliquid gaudeo dicere, vt doceam. In his enim & prouecti satis proficient, quantum per eum habebunt materiam eorum acuendi subtile ingenium ad elucidandam in melius veritatem, quæ sæpius examinata magis in lucem explendescit. xxxv. quæstione nona. capit. graue. vndique etiam quod melius est ad inueniendum est. in authentica. quibus modis natura. effici. sui. circa principium. Bene etiam dicta reduci possunt ad melius, cùm bono melius inueniatur. l. vbi autem. §. primò. ff. de verborum obligatione. licet plerunque reformentur in peius, iuxta dictum Vlpiani iurisconsulti in libris digestorum. in titu. de appellationibus. vel etiam insulsè dicta emendare poterunt, ex quo laudabiliores fiant. l. prima. §. & ideo. C. de veter. iur. enucle. vt emẽdata sint emendantis, & non emendati. Nam & actiones ciuiles per prætorem supplete dicuntur prætoriæ. nota glossa. ff. de præscript. quod si quid tale aliquid inuenerint, quod sit insulsè dictum aut aliâs minus dignum, ad humanam referatur fragilitatem. Omnium quidem habere memoriam, & in nullo peccare diuinitatis est, & non humanitatis. Dicit imperator Iustinianus in. l. secunda. §. si quid autem. C. de veteri iure enuclean. Si quid autem in eo dignum legerint, domino deo nostro tantum, gratias attribuant, Deus enim est qui præbuit leges antiquas iam senio prægrauatas in nouam pulchritudinem, & moderatum deuenire compendium, testante Iustiniano in dicta. l. ij. in principio. C. de veter. iur. enucle. & Hieronymus. in. c. reuertimini. xvij. quęstione prima. Eruditum si quid & boni sit, non propriè eruditioni, sed gratię Dei debere existimari, cui nec discrepat text. in. c. qui sine. xxvj. quęstio. ij. vbi dicitur. Qui sine saluatore salutem vult habere, & qui sine vera sapientia existimat se prudentem posse fieri, non sanus, sed eget, non prudens, sed stultus & demens permanebit. A quo iuxta canonicam Iacobi. j. quæstio. secunda. c. q̃pio. Omne datum optimum, & omne donum perfectum desursum est, vt ait Iacobus. Si quis indiget sapientia, postulet à Deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat. Omnis enim sapientia à domino Deo est, & in eo fuit semper, & est ante euum. Ecclesiasti. j. Nec sufficientes, sumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed sufficientia nostra ex Deo est. Pau. ad Corinthios secundo. c. iij. Et beatus Gregorius in homilia penultima, dicit de spiritusancto qui deus est. Nisi sit intus eum qui doceat, doctoris lingua inuanum exterius laborat. Cùm igitur tota virtus nostra humana à Deo dependeat & sine eius præsidio nihil possumus, testante euangelista. Sine ipso factum est nihil. Ab inuocatione nominis Dei initium faciemus, iuxta morem imperatorum. l. in nomine dñi. C. de offi. pręfect. Aphri, in aut. de armis. in princip. coll. vj. & in

Ad lectorem.

aut.de quæstore.in prin.& in aut.de hȩredi.& falcid.in
prin.& iuxta doctrinam Pau.ad Corin.j.de qua habe-
tur.xxvj.q.v.c.non liceat.Siue mãducatis,siue bibitis,
siue q̄d aliud facitis,omnia in nomine domini nostri
Iesu christi facite,gratias agentes Deo.Et id etiam legi-
mus apud veteres factitatum,nam si quippiam operis
facturi fuissent,ante omnia cœlestem fauorē precantes
Deum inuocabant:vnde apud Persium legitur.
Persius. Vatibus hic mos est,centum sibi poscere voces,
Centum ora,& linguas optare in carmine centum.
Hinc ait Ouidius.dij ceptis aspirate meis.& ait Boetiꝰ
Ouidiꝰ. de consolatione in.iij.inuocandum rerum omniū pa-
Boetiꝰ. trem:quo prætermisso nullum rite fundatur exordiū.
Et ideo dicit tex.in aut.quomodo opor.episcopos.in
princi.q̄ omnia rectè geruntur,si principium sit decēs
& amabile Deo.Ad illum ergo me conuertam, ipsum
Salomō. inuocando:& dicam cum Salomone:da mihi domine
sedium tuarum assistricem sapientiam: mitte illam de
sede magnitudinis tuæ,vt mecum sit,& mecum labo-
ret.& cū Iudith.da dn̄e sermonem bene sonãtem in os
meum.Et non pōderatis humanis demeritis, tua sola
clementia in me tui cœlestis fluminis irrigui gratiam
influas scientiæ,supplendo defectum, augēdo ingenij
modulum,& memoriæ quãtitatem,vt possim scriptu
rarum libri præsentis(quē interpretandum seu cōmen-
tandum suscepi)veritatem pandere,errores fugare,no-
dos soluere difficiles:obscura dilucidare,& dubia(quē-
admodum ad doctoris officium pertinet)declarare.c.
j.de reliquijs & venera.sanctorum.& dicam etiã prout
sancta mater ecclesia canit.Tu lux refulge censibus,mē
tisq̄ somnum discute.Te nostra vox primum sonet,&
ora soluamus tibi.Deo patri sit gloria eiusq̄ soli filio,
cum spiritu paracleto & nūc,& in perpetuum.At ego
ipse quoniam à me iri inficias minimè possit hosce no
stros,qualescunq̄ dici possunt,commentarios in Bur-
gundionum præscriptas obseruationes & consuetudi-
nes,seu,si mauis,librorum nostrorum elucubrationes
non à meipso haberi:quidem sine diuino auxilio descē
dere: inq̄ lucem ipsam nequaq̄ potuisse prodire:me
verò potius vbi diuini auxilij penuria adfuisset, Pene-
lopis telam orsum fuisse:eo propterea sunt fretus consi
lio: vt vnde bonum hoc ipsum cœleste numini mihi
contributum esse superno confiteor:eidem numini nō
iniuria retribuam præmium:deinde verò quoniã mi-
hi Cræsi ditissimi,auarissimiq̄ Pigmalionis opes, seu
diuitiæ minus succumulantur, in horum retributionē
gratiarumq̄ relationem neue vituperando ingratitu-
dinis vitio accuser,Ambrosiano vtar subsidio. vt ego
ipse iuxta anilis vetulæ deuotionem,tibi tuo, ve tem-
plo sacratissimo,quod possum,offerã,te scilicet vt spe-
ro iri placatum confisus,si vno tetrasticho.Item & am
plius subiuncto sequentiq̄ hæxasticho in præsentiarū
tete numen trinum & excelsum donauerim: idipsum
humile carmen offerens deuotius, vt haberi mihi id-
ipsum opus commentariorum vtilitatis publicæ gra-
tia potius conceptum tuo, fretus iuuamine confitear,
faciliusque perficiam, quam ductu vana huius mun-
di gloriosus elatione.

*Ad Dei omnipotentis numen æternum, de præsen-
tis operis impetranda perfectione,*

Tetrastichon.

Omnipotens opifex, qui cuncta gubernat ab arce,
Solus Olympiaca,solus & astra regit.
Arida rore sacro fœcundet pectora, cuius
Auxilijs præsens aggrediamur opus.

Item & hæxastichon.

Syderea omnipotens,rerum moderator ab arte,
Cuius ab imperio singula quæq̄ micant.
Cuius & æternum regnat per secula numen,
Insuperabilibus nobile præsidijs.
Da præcor ipse tuis (hominum liuore subacto)
Subsidijs,præsens perficietur opus.

Tabula Rubricarum ac Paragraphorum.

TABVLA RVBRICARVM, SEV TITVLORVM, consuetudinum Ducatus Burgundiæ, vnà cum Paragraphis, seu Articulis earundem.

Tabula Rubricarum ac Paragraphorum.

Les Couſtumes

Generales du Duchie de Bourgongne.

*

PROOEMIVM.

In textu ibi,

Couſtumes.

Conſuetudo qd ſit,

1 PRIMO quęro† qd
ſit conſuetudo? tex.
in .c. conſuetudo .j.
diſt. dicit, quod cõ-
ſuetudo eſt ius non
ſcriptum, moribus
introductum. ¶Et
ita etiam diffinit In-
no. in rubri. de con-
ſue. Hoſtiẽ. plenius
diffinit in ſum. eo. §.
qd ſit. Vide Panor.
& doct. in rub. de conſue. Bar. plenius diffinit. Quã diſ-
finitionẽ oẽs tenent ꝑut dicit Ang. in §. ex non ſcripto.
inſti. de iure naturali, & dicit ꝙ conſuetudo eſt ius non
ſcriptum, moribus & vſibus populi, vel maioris partis
ipſius recte initiatum, & continuatũ introductũ, habẽs
vim legis. ¶Aduerte, quia Rochus de curte in ſua repe-
titio. c. fi. extra de conſue. in. j. quæſt. ponit tres diffinitio
nes conſuetudinis.

Conſuetudo vñ dicatur.

2 ET dicitur† conſuetudo a con, ꝙ eſt ſimul, & ſuetu-
do vſus: quaſi communis vſus: ꝑut dicit tex. in. d. c.

Conſuetudo qd ſonet.

3 conſuetudo. † & ſonat conſuetudo qñq; factum nudũ:
vt. C. de epiſco. audien. l. iij. §. fi. & . C. de ſeruitu. l. j. C. cõia
de manumiſ. l. fi. C. de iure fiſci. l. ſuper creandis. lib. x. ff.
de ver. ſigni. l. vt alphenus. & . l. anniculus. et ita nõ ſumit̃
4 hic. † Qñq; ſonat ius: vt in. §. ex nõ ſcripto. & . C. q̃ ſit lon
ga cõſue. & . l. de quibus. ff. de legi. & intelligendũ eſt qđ
ſonat ius, qa ius ex ea reſultat, ipſa tñ eſt in facto. ¶Vide
etiam eundẽ Rochũ in. d. c. fi. in. ij. & . iij. q.

Conſuetudo differt ab vſu.

5 ET differt † conſuetudo ab vſu, ſtylo & ſtatuto: nã
ab vſu differt tanq̃ cã a ſuo effectu, quia conſuetu
do per vſum inducit̃: & vſus ꝓprie dicit̃ factũ, cõſuetu-
Conſuetudo differt a preſcriptiõe

6 do ius. ¶ † Etiã differt a pręſcriptione, qa p̃ſcriptio requi
rit titulũ, conſuetudo non et p conſuetudinẽ ius in pu-
blico, & p præſcriptionẽ ius in priuato acquiritur. Iaco.
de ſancto Geor. in repe. d. l. de quibus. ff. de legi.

Conſuetudo differt a ſtylo.

7 A Stylo† aũt differt, qa ſtylus ꝓprie dicit̃ circa illa
q̃ tangunt modũ ordinandi acta, & ſentẽtias, &
alia q̃ ſcribunt̃, a ſtylo cũ quo ſcribit̃. Facit. C. de vete. iu.
enucle. l. ij. §. ſed & ſi. & . l. j. C. de ſacroſan. eccle. Petrus &
Cy. (nõ dicit̃ vbi dicũt) dicũt ꝙ de hoc ſtylo nõ hr̃ in iu-

Stylus quid.

8 re: vñ dicũt, † ꝙ ſtylus eſt ius nõ ſcriptũ ab vnius iudicis
voluntate ſæpę ſtylatũ, & in hoc differt a cõſuetudine, qa
conſuetudo tacita voluntate & vſu plurium inducitur:
quia populi, vel maioris partis eiuſdem. Et plenius de
hoc ſtylo ponit Ang. are. in. §. ex non ſcripto. in. ij. & . iij.
col. inſti. de iure natu. gentium & ciuili. vnum tñ qñq;
ponitur pro alio vt patet in. c. q̃; graui: extra de fal. facit
l. fi. C. de dona. & . l. teſtamẽ. ff. de teſta. & . l. veterib⁹. ff. de
actione empti. ¶Adde ꝙ de hoc verbo ſtyllus eſt tex.

Stylus curiæ ſeruandus.

9 in. d. l. j. C. de ſac. ſan. eccle. † Et ſtyllus curiæ eſt ſeruãdus.
l. obſeruandũ. ff. de iudi. ita dicit. Bar. in. l. iuriſperitos. ff.
de excu. tut. ¶Et dicit tex. i. l. fi. C. de iniurijs. ſtylus itaq;
qui obtinuerit debet ſeruari intactus. & dicit Bal. in. l. fi.
C. que ſit longa conſuetudo. ꝙ ſtylus eſt practica curiæ

Iudex informare ſe põt de ſtylo nemine citato.

10 confirmata. † Et qñ eſt quæſtio de ſtylo, iudex poteſt ſe
informare in camera, nemine citato: ita dicit Iaco. de ſan
cto Geor. in. d. l. de quibus. in ſua repe. col. iij. ff. de legi.

Cõſuetudo differt a ſtatuto.

11 A Statuto† aũt differt conſuetudo, qa ſtatutũ exp̃ſſo
conſenſu introducit̃: cõſuetudo vero tacito. §. oẽs
populi: inſti. de iure nat. & . d. §. ex nõ ſcripto Pet. de anc.
in cõmento. c. canonum ſtatuta. in. xxxv. col. in prin. &
☞ dicit Panor. in. c. j. in prin. extra de cõſue. ¶Et dicit Bal.
in. l. ij. C. quæ ſit lon. cõſue. in. ij. col. ꝙ ſtatutũ & conſue
tudo differunt inter ſe reſpectu modi & formæ. Alex. in

Conſuetudo maioris autoritatis q̃; ſtatutum.

12 cõſi. clxxxix. inci. mature. in. ij. vol. † & dicit idẽ Alex. in
cõſi. ſuo. lij. inci. viſis his q̃ in themate in. vj. vol. ꝙ cõſue
tudo eſt maioris autoritati⁸, q̃; ſtatutum.

☞ ADDITIO. Vide ad hoc Mat. de affli. in con-
ſtitutionibus regni Sicilię in præ
fatiõe. in. viij q. Et quomodo facta cõtra ſtylum ſeu illo
nõ obſeruato inducũt præſumptionem fraudis, falſita-
tis, aut doli. Vide Felinũ. in. c. ij. in. vij. col. extra de reſcri.
& in. c. cãm quæ. de teſti. & in. c. tertio loco. in fi. de pro-
batio. Barba. in conſi. j. in. xlij. col. in. j. volu Domi. meus
Iaſ. in. l. teſtamentũ nõ ideo. C. de teſta. Et iõ, vt videmus

Clauſulæ inſolite arguunt dolum.

13 † quia clauſulæ inſolitæ cũ ſunt cõtra ſtylũ arguunt do-
lum. l. ſi quis ſub cõditione. ff. de cõdi. inſti. vt notat̃ in lo
cis hic añ allegatis. Bar. in. l. quicũq;. C. de apochis pu-
blicis. idem Barb. in cõſi. xlvij. in xxix. col. in. j. vol. Ste-
pha. Bertrandi in cõſi. ccxxxvj. nu. viij. parte. ij. dixi in cõ
ſi. xxxv. nu. vj. Curtius in conſi. liiij. in penul. col. & in cõ
ſi. lxxiij. in. xxxv. col. ✳ ¶Hinc quærit Bar. in. d. l. de qui-

Libellus ſuper cõſuetudine formatus an valeat.

14 bus. ff. de legi. † An ſuſtineri poſſit libellus formatus ſu-
per conſuetudine, & etiã ſtatuto, & cõcludit ꝙ non. in
quo tñ nouiſſime Domi. meus. d. Iaſ. Maynus in vltima
col. tenet cõtra Bar. & vide eundẽ ibi et etiã in. l. oẽs ppli
in prin. in. j. lectu. ff. de iuſtitia & iur. ¶Et quomodo ſta-
tutũ & cõſuetudo differãt circa modũ, formã, & cãm
efficiẽtem, vide Alex. in conſi. ſuo. cviij. in. iij. colũ. in. iij.

Conſuetudo an ſit ius p̃torũ vel ciuile.

15 vol. ¶ † An aũt iſta conſuetudo ſit ius p̃toriũ, vel ciuile.
Bal. tangit in. l. fi. in. v. col. C. vnde legiti vbi cõcludit ꝙ
ſi conſuetudo fuit inducta a ptãtibus terrarũ: tũc cenſet̃
ius prætoriũ. Si aũt a populo, ius ciuile cenſet̃: & bene
dicitur. Adde eundẽ Bal. in. l. ex placito. ix. q. C. de rerũ
pmuta. Ex quo dico ergo ꝙ cũ conſuetudines fuerunt
introductæ a populo Burgundiæ (cũ tres ſtatus patriæ
repræſentantes populũ introduxerũt, & in formã hãc re
duxerũt ſeu approbauerũt:) ꝙ iſtæ noſtrę cõſuetudines
ſunt ius ciuile. ¶Quæ aũt inducunt̃ a iudicibus, puta
Balliuis, aut Locumteñ. ſtatuendo & ordinãdo: vt quo
tidie faciunt fieri proclamata vel ſtatuunt aliqd in eorũ
curijs iſta ſunt ius prætorium: & effectus eſt, quia durãt
tm̃ anno. inſti. de perpe. & tẽp. act. in prin. declarat Bar.
in. l. v. in prin. ff. de ver. obli. & in. l. j. in fi. ff. de bono. poſ
ſeſ. & in. l. fi. ff. de pœnis & in. l. ij. §. fi. ff. pro empto. & di-

Styl⁹ fori eſt ius prętoriũ

16 cit Bal. in. l. certũ in. iij. col. C. vnde legi. † ꝙ ſtylus fori eſt
ius prætoriũ: iõ non ſufficit dicere, ꝙ ita fuit ſtylatũ in
curia ſed etiã opus eſt dicere ab anno citra. ¶Et aduer-

te, q̃a stylus est seruandus. Alex. consi. lxv. in fi. in. §. vol. Io. de ana. in. c. ad falsariorũ. vbi plene de stylo. extra de crimine falsi. Immo rescriptũ cõtra stylũ curiæ impetrat & est falsum. Feli. in. c. ij. de rescri. & snĩa lata expresse cõ

Stylus principis facit ius quo ad oẽs.

17 tra stylũ curiæ est nulla. Gui. pape. q. sua. ccxcij. ¶ †Aduerte etiam ꝙ stylus principis vel habentis potestatem legis condendæ facit ius quo ad oẽs. Panor. in. c. ex litteris. de constitutio. & in. c. bonæ. le premier. de postu. prę la. Alex. cõsi. xxxix. inci. visis. col fi. in. iij. vol Feli. in. c. ij.

Cõsuetudo ritus obseruãtia, mores solitum & c. q̃uo differant.

18 ver. stylus curiæ. extra de rescri. ¶ †Et q̃uo etiam differant consuetudo, obseruãtia, ritus, mores, & desuetudo solitum & cõsuetũ vide eundẽ Rochũ in dicta repetit. c. fi.

19 extra de consuetu. in. iiij. q. †vbi ponit de obseruantia q̃

20 tm̃ habet vim facti, & habet effectum declaratiuũ: †q̃m si lex est multipliciter intelligibilis, seruari debet id qđ pluries obseruatum est in curia. allegat Ant. de But. in dicto. c. fi. in sua repetitione.

Scriptura an sit necessaria de essentia cõsuetudinis.

21 SEd quia dicitur supra ꝙ consuetudo est ius nõ scriptum quæro. †Nunq̃d de essentia consuetudinis sit necessaria scriptura. Tex. est ad literam in. §. constat. & §. ex non scripto. & ibi docto. insti. de iure natura. gen. & ciui. vbi dicit ꝙ nõ. Immo plus Bar. in. l. de quibus in iiij. col. ver. sed iuxta p̃missa quæro. ff. de legi. vr̃ tenere ꝙ nõ sit scriptura necessaria p. d. §. constat. & p. l. ius ciui

22 le in fi. ff. de iusti. & iure. Sed tñ finaliter cõcludit, †ꝙ cõsuetudo põt esse scripta: vt in. d. l. de quibus. vbi dicitur ꝙ nõ est necesse scribi: ergo innuit ꝙ etiam si scribat̃ est consuetudo. Et iõ dicit, ꝙ aut cõsideratur consuetudo quo ad sui originẽ, seu introductionem, & tũc impossibile est ꝙ sit scripta: cũ veniat ex tacito consensu populi. vt. d. l. de quibus. & d. §. constat. Aut consideratur quantũ ad sui reformationẽ: vt est in casu nostro, scilicet in istis cõsuetudinibus: q̃bus cũ vsus fuerit populus illis longo tempore: nũc facit eas redigi in scriptis: & hoc põt fieri. Et hoc est vt memoriæ mandetur, non per eam fiat ius scriptum: & tũc isto casu tanq̃ notoria nõ indiget probatiõe. arg. l. contrahit̃. ff. de pig. & ita dicit Bald. in. l. j. in vlti. col. C. ad Velleianum. ¶ Et ita in terminis nostrarum consuetudinum vidi hoc anno dñi. M. cccccxxj. Iacob. de sancto Geor. q̃ hoc anno fuit positus in lucem: qui ita tenet, quoad consuetudines Burgundiæ. in repe. l. de quibus. in. j. col. ff. de legi. qui distinguit vt hic ante.

Cõsuetudinẽ notoriã p̃bare nõ est necesse.

23 ET facit ꝙ no. Bal. in. l. ij. in. ij. col. C. q̃n prouo. non est necesse. imo dicit fortius Bar. in repe. l. ij. in. xx. col. C. quæ sit longa cõsue. †ꝙ q̃n consuetudo est notoria, tũc nõ oportet eã allegare, nec p̃bare. Sed credit do. meus Iason. in. l. de quibus. in penul. col. ff. de legi. ꝙ nõ

24 sit verũ, p vnã regulã multũ notabilẽ, q̃ est †ꝙ licet notoriũ releuet ab onere p̃bandi tñ nunq̃ releuat ab onere p̃ponẽdi. Glo. est singularis in cle. appellãti. de appe. Barto. in. l. pe. in fi. ff. de excep. Et ponit de materia plene

25 Alex. in. l. j. C. vt quæ desunt aduo. ¶ †Sed videt̃ ꝙ opi. do. mei Ias. nõ sit sustentabilis: & Bar. bene dixerit, & ad illud qđ dicit do. me⁹ Ias. de glos. in cle. appellãti. Rñdeo ꝙ verum est, ꝙ q̃n est aliq̃d notorium parti vel oib⁹ alijs ꝙ licet nõ teneat̃ pars probare, tñ tenet̃ allegare. Sed q̃n est notoriũ oib⁹, & parti, & etiã iudici, tunc nõ est licitũ allegare & p̃ponere. ista est doctrina. Bar. in. l. iij. ff. de iudi. imò exp̃sse dicit And. sicu. qui dicit̃ Barb. in cõsil. suo

Notoriũ legis non allegandum.

26 lxij. incip. illud in mediũ referã. in. iij. col. in. j. vol. †ꝙ notoriũ legis nõ est allegãdũ. de qua glo. & ei⁹ materia ponit plenissimæ do. me⁹ Ias. in. l. ex quacũq̃ causa. ff. si q̃s in ius voca. & posui in tractatu de maledictione creaturarum irrationabiliũ. quẽ consulẽdo scripsi sup dubio: nunq̃d aĩalia fructibus terræ nocẽtia possint anathematizari. Et est in vltima parte. in ver. primã p̃suppositio-

27 nẽ feci. vbi ad saturitatẽ de dicta gl. ¶ †Sed nũc notoria debet esse consuetudo sicut & lex cũ ita iudicandũ sit

28 scđm cõsuetudinẽ, sicut scđm legẽ: †imo iudex q̃ non iudicat scđm consuetudinem, facit litẽ suã Bal. in aut. iubemus. p illũ tex. C. de iudi. ¶ Adde q̃ dicit Bal. in cõ

29 si. ccxxxviij. in. j. parte. vbi dicit †ꝙ statuta nõ indigent

30 p̃ductiõe, in loco vbi vigẽt. †Nã cõsuetudo dr̃ lex municipalis & particularis illius patriæ vbi viget, quã iudex scire tenet̃, & scđm illã iudicare. Sicut em̃ iudex vniuersalis non põt ignorare ius cõe: ita iudex particularis nõ põt ignorare ius particulare. s. cõsuetudinis. s. q̃n consuetudo est iam ĩtroducta: vt ĩ cõsuetudinib⁹ nostris. Ita Gemi. in. c. j. in. ij. col. extra de cõsti. Bal. em̃ in. l. g̃naliter. C. de epis. et cle. dicit ꝙ q̃n agit̃ super articulo in iure cõtento, sufficit allegare cãm, licet non alleget̃ lex, q̃a ipso iure lex inest causæ. Idẽ dicẽdũ est in cõsuetudine patrię, corã iudice illi⁹ patriæ, vbi viget cõsuetudo: q̃a (vt dixi) dr̃ in tali loco ius cõe, sed vide ibi plene Bal. Sed tñ dicit Bar. in. l. p̃scriptiõe. in vlti. col. C. si cõtra ius vel vtili. publi. ꝙ etiã iudici licet ignorare cõsuetudinẽ: & iõ vr̃ ꝙ do. meus Ias. bñ dixerit non obstantibus supradictis. Cogita. q̃a vr̃ ꝙ attento ꝙ cõsuetudines nostræ sunt in scriptis redactę, & p principẽ approbatæ & cõfirmatę, ita etiã ꝙ fuerũt publicatæ, ꝙ rõne publicatiõis habẽt vim legis, & ab oib⁹ debẽt sciri: vt p tex. in aut. vt factæ nouæ constitutio. §. j. colla. v. Et faciunt q̃ dicũt Panor. & Feli. in. c. j. & ij. extra de cõstitutio. Et maxime cũ habent̃ pro lege: vt apparet in approbatiõe facta p principẽ, q̃ est post cõsuetudines infra descriptas in cõclusione illarũ: vbi princeps voluit eas haberi p lege, & eas sci

31 ri debere sicut leges. †Quas q̃dẽ ignorare est lata culpa, cũ ab oibus sciri debeat, dicit tñ Fran. de Are. multũ nota. in. l. moribus introductũ. in. j. nota. ff. de vul. & pupi. substi. ꝙ approbatio cõsuetudinũ in scriptis redactarũ, seu cõfirmatio p principẽ facta, nõ inducit nouũ ius: sed potius illa approbatio q̃ fit p scripturã redigẽdo cõsuetudines in scriptis, in dubio est inuenta ad p̃bandũ, & cã memoriæ. ¶ Vide ad hoc Pyrrhũ in cõsuetudinibus Aurelianis, ĩ sua p̃fatiõe. de hac materia vide ẽt Rochũ de curte. in repe. c. fi. de consue. in cõtinuatiõe rubricæ.

32 ET aduerte †ꝙ cõsuetudinis autoritas nõ est leuis immo magna. c. in his. & c. consuetudinis. xj. distin. & Panor. in. c. cõsuetudinis. extra de consue. et ibi in apo. Ber. & Corse. p tres, aut quatuor col. ponit̃ autoritas & ☞ virtus cõsuetudinis. ¶ Bal. in. c. j. de natura feudi. ĩ prin.

33 allegant Inno. in. c. apostolica. de simonia. †dicit ꝙ fortior est cõsuetudo, q̃ gratia principis.

☞ ADDITIO. Vide Mat. de Affli. in cõstitutionibus regni Siciliæ. in cõstõne q̃ incipit. duram & dirã. in. vj. nota. ✻ ¶ Nunq̃d aũt valeat contra ius cõe ponit do. meus Ias. in. l. de q̃bus. in. xvij. col. ff. de legi. ¶ Aduerte etiã ꝙ nihil operat̃ contra substantiã actus, scđm gl. quam oẽs approbant. in. c. ij. de consuetudine. lib. vj vt dicit Guil. Benedicti in repetitione. c. Raynu. in ver. et vxorem nomine adelasiam. nume. cccxcviij. de testa. ¶ Et dicit Bal. in consi suo. clxxxv. co

34 lum. ij. in primo volumine, †ꝙ cõsuetudini sicut matri debet

debet adhiberi reuerentia: de quo quidem conſilio fecit
mentionẽ Boerius in cõſuetudinibus ſeptene Bituricẽ.
ĩ ti. de p̃ſcri. §. ij. in gl. ij. & in ti. (des couſtumes des fiedz
& cens). §. j. &. ij. vbi multũ & ſingulariter laudat con-
ſuetudinẽ. Et dicit Luc. de pen. in. l. miſſi opinatores. de
ptāte.¶In Italia solēt apponi hęc verba in mādatis. de
cuiꝰ relatiōe stabimꝰ tali portatori ꝑsentiū:& hoc casu
eidē adhibet̄ fides,ꝑ not.ꝑ Bar.in.l.lucius.ff.de fideiuss.
& Sali.in.d.l.si qua ꝑ calumniā.C.de episco.& cle.

Nota casum pulchrum.

79 ADuerte†etiā ꝙ si nūtiꝰ habuerit in mādato citādi
aliquē:& pēdēte citatiōe iudex moriat̄:ꝙ tn̄ nun
tius pōt citare sine alio mādato successoris, & valet ci-
tatio.Ita dicit Bar.in.l.vēditor.§. iudices.ff.de iudi.& in
80 fi.illiꝰ.§.Bar.dicit†ꝙ si iudex dedit ī mādatis nūtio ad
faciēdū quādā executionē:& anq̄ exequat̄, morit̄ iu-
dex ꝗ mādauit, ꝙ valet executio post eiꝰ mortē facta.
alleg.& se remittit ad notata ꝑ eūdē ī.l.fi.ff.de acq.pos.
vbi hoc tenet.alle.no.ī.c.si sup gr̄a.de offi.deleg.i.vj.&
nota.ꝑ eūdē Bar.ī.l.ij.§.sed & si qs.ff.de do.Faciūt no.ꝑ
Io.fab.ī.§.itē si adhuc.insti.māda.Ita ēt tenet do.meus
Ias.in.l.more.in.xij. col.ff.de iuris.om.iudi. Et Feli.in.c.
81 ecclia sactæ Mariæ.ī.xiij.col.extrà de cōsti. ¶†Esset suc-
cessiuè vidēdū:an nuntij deputati ab habēte potestatē
deputādi(vt hodie est rex, tꝑibus verò ꝑteritis solebāt
deputare balliui nūtios) mortuo deputāte & cōmittē-

Annuntiorum officium morte cōmittētis expiret.

te,possint exercere eorū officia,etiā si non fuerint cōfir-
mati à successore:& sic an eorū officiū finiat̄ morte cō-
mittētis seu deputātis?¶Ista q̄stio pōt eē gn̄alis ad offi
cia q̄cūq; sint:an mortuo rege seu alio cōstituēte seu de
putāte,vacet officiū. Fit q̄dā distin.inter officia ad bn̄-
placitū,& officia ꝑpetua:qa vt dicit Salice.in.l.iubemꝰ.
C.de aduo.diuer.iud.officia.positꝰ ad bn̄placitū,reuo-
cat̄ morte īstituētis,secus ī officijs ꝑpetuis.Dicit tn̄ do.
meꝰ Ias.post Bart.in.l. deputato.§.si qs ipsi ꝑtori.ff. de
no.ope.nū.& in.l.pricipalibꝰ.in.ij.col.ff.si cer.pet.Et Fe
82 li.in.c.ex lr̄is in.vj.col.de cōsti. †ꙙ officia.ad bn̄placitū
dicit̄ ꝑpetuus:sed credo hoc eē verū in officialibꝰ prin
cipis:& hoc obseruat̄ ī toto regno Frācię:qa oīa officia
sunt ad bn̄placitū,& tn̄ sunt ꝑpetua.Videmꝰ tn̄ ꝙ mor
tuo rege,requirit̄ cōfirmatio à successore:sed fiūt tales
cōfirmatiōes sine causę cognitiōe. Ioā.fabri.verò ꝗ fuit
Gallꝰ & cācellariꝰ Frācię, & magnꝰ practicus facit aliā
distinctio.ī.§.itē si adhuc.in.ij.&.iij.col.insti.māda. vbi
83 dicit,†ꝙ officia.hn̄tes iurisdi.ordina.vt sunt balliui, &
senescalli regis,nō reuocent̄ morte cōcedētis & īstituē-
tis.Ex q̊ etiā īsert,ꝙ balliui baronū,& iudices,nō reuo-
cant̄ morte dn̄orū.Faciūt q̄ dicit do.meꝰ Ias.in.l.more.
in.iij.col.ī.v.not.ff.de iuris.om.iudi. & Io.fab.ī.d.§.q̄rit
ꝗd de lega.ad vniuersita.causarū.De inq̄sitoribꝰ.de of-
ficiali epi,de eiꝰ vicario,& ꝗbusdā alijs.vide eūdē ibi.&
ī hac mr̄ia fac regulā,cū sex limitatiōibꝰ ꝑ do.me.Iaso.
ī.d.l.more.in.ij.&.iij.col.& ēt vide Feli.in.c.relatū.extrà
de offi.dele.vbi facit regulā de mādato extraiudiciali
84 cū limitationibus. ¶†Et tenet̄ nūtius recipere mādata
ad exequēdū quæ eidē ꝑ partes ꝑsentent̄, & illa execu-
tioni demādare:aliâs punit̄.argu.eorū q̄ dicunt̄ de iu-
dice,ꝗ tenet̄ iudicare.Bar.ī.l.spōte.§.iudicādi.ff.de mu-
85 ne.& hono.¶†An quis cogat̄ esse iudex? dic ꝙ sic,nisi
rōnabilem causam alleget.Paris de puteo ī tractatu de
syndica.ī verbo,arbitriū.versi.potestas.fo.xxv.vbi etiā
86 ꝑ plura dicit,†ꝙ iudex pōt cogere iurisperitos aduoca
tos suæ iurisditiōis & sedis ad sibi cōsulendū, maximè
in causis fisci ꝓ principe,etiā sine salario.Et istud hodie
apud nos per ordinationes regias obseruatur.

☞ADDITIO. Vide etiā Matthæū de Afflictis in cōstitutione q̄ incipit,vt vni-
uersis.in princi.in glo.& dixi infrà in titu. (des droictz
& appartenāces a gēs mariez).§.vij.ī gl.(se ce n'est du
87 cōsentemēt.) * ¶†In causa tn̄ in q̄ fuit qs aduocatus,
nō pōt cogi esse iudex.Boeriꝰ ī cōsuetudinibꝰ septenæ
Bituriceñ.in ti.de iurisdi. om.iudi.§.vij. ꝑ tex.in.l.præ-
tor.ff.de iurisdi.om.iudi.& in.l.fi.C.de offi.assesso.

ET de tabellione qui cogit̄ facere instru.vt dicit ibi
Bar.alleg.ī arg.l.ij.§.viatorū.C.nau. caup.stab.&
l.sācimꝰ.la.j.C.de aduo.di.iudi.vbi dicūt Ang.& Sali.
88 †aduocatꝰ cogit̄ aduocare ꝓ partibꝰ à ꝗbꝰ petit̄:aliâs
punit̄ si renutat.alle.l.ꝓuidēdū.C.de postu.q̄ bn̄ facit.

☞ADDITIO. Aduerte qđ aduocatꝰ pōt exer-
cere ī pr̄ia sua officiū aduocatio
nis,& non tenet̄ ire ad custodiā ciuitatis, Matthęus de
Afflictis ī cōstitu.regni Siciliæ, q̄ īcipit,iustitiarios.in.j.
nota.qđ ītelligit dūmodo habeat offm̄ aduocādi. *
¶Sic ergo nūtiꝰ tenet̄ mādata recipere, & recepta exe-
cutiōi demādare.¶Qđ etiā intelligat̄ sine dubio qn̄ iā
incepit ī aliq̄ cā,qa semꝑ cogit̄.Ita Bar.in.l.j.in versi.itē
īdirectè.ff.de offi.cōsul.& ī.l.j.C.de sportu.& facit ī ar.
qđ dicit Bar.in.l.at si qs.ff.de religiosis & sumpti.fune.

dicit tñ Ange.in.d.l.j. C. de sportu qđ istud nõ obser-
Nota. uat. ¶Aduerte, qa aduocatus cogit suscipere patroci-
niũ,notari⁹ cõfiscere istru.hospes, caupo,& tabernari⁹
hospitẽ,pcura.solit⁹ exercere officiũ pcuratiõis i pala-
tio pcuratio.meretrixq̃ est i lupanari hoiem.ista oĩa di
cit & cõprobat Philip.deci⁹ i.l.iuit⁹ nemo.ff.de reg.iu.
q̃ ad vltimũ tñ de meretrice nõ credo verũ,qa põt sem
per penitere:& qa nõ est mĩa nr̃a,iõ nõ aliter insisto.

Citationis synonyma. ☞ADDITIO. Sed tamẽ cur hoc quòd nõ puniatur de iure ciuili violẽtia facta meretrici,vide Matthæum de Afflictis in constitutione,omnes nostri.in.ij.notabili. *

Citatio an sit de necessitate iudicij. 89 Multa†sunt noĩa q̃ idẽ importãt:vt est citatio, in ius vocatio, monitio,edictũ,denũtiatio,cõuentio,& aliud qđ i vulgari nr̃o dicim⁹ adiornamẽtũ. De qb⁹ oĩb⁹ p Io.fab.in. §.fi.instutu.de pœna teme.litigan.
90 †vbi q̃rit an citatio sit de necessitate iudicij. Et multa ibi p eũ.& p doct.in.c.qm̃ cõtra falsam.extra de pba. in.c.fi.de elect.i.vj.Plura p do.meũ Iaso.in.l.j.ff.de i ius vocã.vbi cõcludit q̃ est necessaria cõtra absentẽ,sed data p̃sentia partis in iudicio,nõ est necessaria alia citatio: vt pbat ibi.xj.rationib⁹ : & limitat tribus limitationibus.Et vide aliqua p Feli.in.c.cũ oporteat.de accusa.

☞¶Et est ita necessaria qđ si in ea sit vitiũ,nunq̃ processus p contumaciã fact⁹ est validus, vt dicit Bal.in aut. si omnes.C.si vt ab hęredita.se abstineant.

☞ADDITIO. Et ita tenet Matthę⁹ de Afflictis i cõstitu.causas alias.i.iiij. nota. & i cõstitu.si q nr̃orũ.in.vij.nota.faciũt q̃ dicit Hippo. de Marsilijs i cõsi.lxxxj.nu.xlix.&.50.in.j.volumine. * ¶Et aduerte,qa Io.fab.i.l.si nõ cognitio.& ibi do.me⁹ Ias.C.si cõtra ius vl' vti.publi.dicũt q̃ tales executo.nullã hñt iurisditio.& dicit ibi Io.fab.q̃ ita obseruat curia Frãciæ. Videt tñ q̃ in executiõe casus nouitatis, executores hñt cognitionem causæ. ¶Vide de p̃dictis q̃ dicit Boeri⁹ in cõsuetu. Bituriceñ.tit. de iuris.cm.iudi.§.xv. vbi dicit q̃ tales seruiẽtes pñt citare viua voce i via publica:sed nõ possunt hoc facere apparitores in curia ecclesiastica i Frãcia.Et dicit ita fuisse p arrestũ curiæ parlamenti Parisiensis cõtra plures epõs pronuntiatum.

Aduerte etiã q̃ epi in regno Frãciæ nõ hñt territoriũ extra suas ecclesias & illarũ septa,scd'm Cy.& Bal.in.l.epale.C.de episco.audiẽ.ex quo nõ pñt exequi s̃nias eorũ i tpalib⁹,nec facere iuẽtaria de bonis tpalib⁹ laicorũ,nec capere clericos etiã nõ coniugatos psonaliter.vt dicit.G.bñdicti in sua repetitio.c.Raynuti⁹.i verbo,& vxorẽ noĩe adelasiã.nu.cccccxxiiij.extra de testa.

Sed qa suprà dictũ est q̃ offi.isto. nũtio.ẽ mãdata exequi, & potissimũ est citatiões facere,vidẽdũ est
Citatio duplex. Verbalis. 91 quõ hæ citatiões debeãt fieri. †Pro itelligẽtia cui⁹ ẽ aduertẽdũ,q̃ duplex est citatio, q̃dã verbalis, q̃dã realis, siue psonalis.Verbalis est q̃ fit i causis ciuilib⁹ & pecuniarijs,i qb⁹ nemo psonaliter adesse cogit.& q̃ tm̃ dat diei assignationẽ ad cõparẽdũ corã iudice. Aliqñ tñ in causis ciuilib⁹ ẽt qs citat realiter:vide de p̃dictis no.in
Realis siue psonalis. l.iij.& fi.C.de pcu.Realis verò siue psonalis est q̃ fit per psonæ detẽtionẽ,captionẽ,aut arrestationẽ. Notantur hęc p Bar.i.l.plerick.cũ.l.seq. ff.de in ius vocãdo.Et ista realis regulariter fit i causis criminalib⁹, ad qđ dñt aduertere nũtij, ne citẽt realiter : nisi habeãt mãdatum ad
92 hoc.Aduertãt ẽt ad locũ:†qa talis citatio nõ põt fieri in ecclia iuito citato. C. de his q ad eccle. cõfug.toto ti.& habet i.c.decet.de imu.ecc.p Bal.& Sali.i.l.nemo mar-
93 tyres.C. de sacrosan.eccl.†nec ẽt põt fieri i domo ppria talis citatio realis.Qđ quõ itelligat, notãt doct.in.d.l. plerick.ff.de i iusvocã.nisi tñ in cã criminali,in q̃ etiam põt fieri citatio realis.notãt doct.in.d.l.plerick.vbi potes videre de plurib⁹ q̃stionib⁹ ad ppositũ:q̃ essent extra materiã hui⁹.§.iõ eas omitto.Et sic ex his cognoscit
94 †q̃ locus vbi qs citat cõsiderãdus ẽ:valet tñ citatio facta sine loco.Ita Feli.i.c.cũ. M.Ferrariẽ.col.iij. ver.& hic videm⁹.ibi,& si eps citauit.de cõstitu.qđ itellige verũ in ordinario.secus i delegato vel arbitrio. Bart.i.l.si vt pponis.la.ij.C.quõ & qñ iudex.& ibi Ang.i.l.j.§.hæc stipulatio.in.vij.col. ff.si cui plusq̃ p legẽ falci.Et adde
95 Cardi.in.c.fi.de rescri.†& qñ quis citat ad locũ nõ tutum.vide doc.in cle.pastoralis.§.pisana.de re iudi. — Locus i citatiõe cõsiderãdus.

☞ADDITIO. Hic est vn⁹ cas⁹ in q̃ citat⁹ nõ tenet cõparere, dixi amplè i cõsi. qđ feci p rege Anglię,q̃ fuit citat⁹ vt cõpareret Romæ i cã mrĩmoniali, vbi ãplè tractaui hãc mrĩam.& alios cas⁹ ponit Matthę⁹ de Afflictis i cõstitu.q̃ icipit,priuilegia. * ¶Et an teneat mittere pcur.vide Ang.i dispu tatiõe sua icipiẽ.Bonoñ.in.xiiij. &.xv.col.& Feli.i.c.cũ te.in.j.col.extra de offic.deleg.Bar.in.l.idẽ.ff.pro soc.

☞ADDITIO. Intellige ẽt de loco vbi qs citat, qa extra territoriũ nõ põt citari, vt tenet Matthę⁹ de Afflictis i cõstitu.regni Siciliæ, quę icipit,i ciuilib⁹.nisi cũ cõmissiõe iudicis vbi citat, & in cõstitu.q̃ incipit,edictorũ,ponit si sit facta extra territo
96 riũ.in.iiij.&.xij.notabili. * ¶†Tẽpus etiã cõsiderari debet i citatiõe,s.dies & hora. De die aũt q̃rendũ esset, an die feriata fieri possit.Sed de hoc vide q̃ dicit Barto.& post eũ do.me⁹ Ias.in.l.j.§.nũtiatio.ff.de no.ope.nun. vide no.p doc.in.c.fi.de ferijs. & multũ est aduertendũ ad doctrinã Bar.in.d.§.nũtiatio. vbi ẽt multa alleg.per Alex.i apostil.& i duob⁹ actib⁹.s.in cõmissiõe & coartatiõe q̃ fit p nũtiũ:sto cũ opinione Io.an.i.c.fi.de ferijs. vbi tenet q̃ de cõsuetudine hi duo act⁹ fiũt.Et ita obser — Tp̃s cõsiderandum.
97 uat.sed si cõparitiõe,nõ obseruat in Burgũdia. †solent tñ Galli i suis assisijs(q̃s tenẽt bis aut ter i anno,i q̃libet puincia)exercere oẽs act⁹ iudiciales,etiã dieb⁹ feriatis, imò cõmissarij curie plamẽti Parisieñ.solẽt oĩb⁹ dieb⁹ etiã feriatis exercere act⁹ iudiciales:puta examinare testes,& alios act⁹ facere:qđ est phibitũ.l.actus. C.de ferijs.&.l.si feriatis.nisi tñ in causa criminali,q̃ põt etiam die feriata fieri.l.puinciarũ. C.de ferijs. ¶Itẽ etiã die feriata põt interponi appellatio.l.j.ff.de ferijs.qđ nõ credo esse verũ i appellatiõe iudiciali:i iudicio scl'ari:quia illico est appellãdũ p ordinatiões regias,maxime i Burgũdia.¶Itẽ etiã libellus põt dari die feriata.notat in.d. — Omnes actus iudiciales dieb⁹ ẽt feriatis exercent i Gallia.
☞l.j.Et Spec.in tit.de ferijs.§.sequit. ¶Non tñ põt recipi istrumẽtũ die feriata scd'm.l.fi.C.de ferijs,sed tñ põt eo dẽ die loqui de his q̃ sunt i instrumẽto recipiẽda.quòd nõ obseruat de cõsuetudine toti⁹ mũdi. * ¶Vide qd i hoc dicat Io.sanxõ i cõsuetu. Turoñ.titu.(des droictz de moyenne iustice)arti.vj.fo.xxxiij.Et ibi tenet q̃ executio die feriata facta valet.per Panor.i.c.fi.de ferijs.
☞¶Vide Matthęũ de Afflictis in cõstitutio.regni Sicilię, quæ incipit,si quis nostrorũ fideliũ.in rubrica. *

Et aduerte ad q̃õnẽ Bar.in.l.oẽs.la.ij. C.de ferijs.& Panor.in.c.fi.de iudi.an psona obligata p debito ad corp⁹ possit i vim mãdati guarẽtigiati(& est istrumẽtũ sub cãcellaria cõtractuũ ducat⁹ Burgũ.receptũ)

capi ad corpus, & psonaliter diebꝰ feriatis. Et credo ꝙ
nõ in diebꝰ feriatis ĩ honorẽ dei: nisi eẽt suspicio fugæ:
& etiã hoc casu & ĩ causis criminalibꝰ etiã dando tor-
turã, põt pcedi die feriata. Do. meꝰ Ias. in. l. diuus Traia
98 nus. ff. de ferijs. quæ nota. ¶ † Sed an qs possit se obliga-
re ad corpꝰ. vide. ĩ. ti. (des rẽtes vẽdues a reachat). §. iij. ĩ
gl. (quand ilz sont mis,) in additiõe ibi posita. incipien.
Aduerte tñ. Et aduerte ꝙ multis modis qs põt se obli-
gare. vide Lucam de pẽna in. l. cũ scimus. in. ij. col. C. de
99 agricolis & censi. lib. xj. vbi tenet † ꝙ quis nõ põt se obli
gare sub vinculo excõicatiõis, cõtra opinionẽ Bernar.
Imo. & Hostien. in. c. cũ dilecti. de electio.

An quis se possit obligare ad corpus.

ADDITIO. Aduerte tñ qđ filiusfamilias nõ
põt se obligare ad corpꝰ, nec cle
ricus, nec mulier, nec doctor, vt tenet Hippoly. de Mar-
silijs in sua practica causarũ criminaliũ. in verbo, attin-
gam. nume. lxj. vsq; ad numerum. lxxj. *

100 COnsiderare † etiã debet nũtiꝰ tps certũ in assigna-
tiõe diei, qa debet assignare diẽ citatiõis certã: qa
si citaret simplr nõ assignata die certa, nõ valeret cita-
tio. scđm Bar. ĩ. l. liber hõ. la. ij. §. decẽ hodie. ff. de verb.
obli. ¶ Itẽ Bar. ĩ. l. aut q aliter. §. j. ff. qđ vi aut clam. & ibi
Alex. plenè p Ang. de Peru. in. l. si vt pponis. C. qũo &
qñ iudex. & Bar. ĩ. l. liber hõ. §. decẽ. ff. de verb. obli. & li-
cet sint ĩ hoc diuersæ opiniões: tñ doct. illas cõcordãt. ĩ
101 d. §. decẽ hodie. maxiè Io. de Imo. q sic dicit: † ꝙ q̃tũ ad
multãdũ citatũ pp cõtẽptũ magistratꝰ, sufficit citatio
sine termino: qa citatꝰ tenet cõparere q̃primũ potest:
scđm Spec. & Io. an. ĩ tit. de cita. §. sequit. versi. sed qd si
nõ pfixerit. & dicit ꝙ assessores & iudices solẽt vti hac
practica. Nescio de practica q̃ ad eũ, sed q̃ ad nos & in
hac practica istud nõ obseruaret: sed (vt dicit) q̃tum ad
hoc vt possit cõtra eũ pcedi tãq; cõtra cõtumacẽ ad re-
liqs actꝰ iudiciales nõ valet citatio. Et ad. c. eos. de sen.
excõi. ĩ. vj. satis rñdet, ꝙ ibi ẽ speciale ppter piculũ mor
tis: sed qcqd sit, credo ꝙ illa distinctio nõ valet nec sit ve
ra: qa hoc casu vna & eadẽ res diuerso iure cẽseret: qđ
nõ eẽt dicẽdũ. l. eũ q. ff. de vsucapi. nec ẽt seruat ĩ practi-
ca q̃ ad nos: & si obseruaret, possent seq multa incõue-
niẽtia: puta ĩ mr̃ia guardiæ & casus nouitatis, si ĩpetrãs
ĩ prima assigna. nõ cõparet, cadit à iure suo. Et hoc casu
posset eẽ ꝙ vna die cõpareret, & altera die opponẽs q
peteret defectũ sibi dari: & si ĩpetrãs nõ eẽt psens, posset
facere defectũ, & sic cadere à iure suo. Alia pñt videri ĩ-
cõueniẽ. iõ apud nos obseruat ꝙ debet dari certa dies.

Dies certa assignãda.

ADDITIO. Immò ẽt debet dari cõpetẽs, vt
scilicet citatꝰ habeat tps cõgruũ
scđm distã. locorũ ĩ accessu & ĩ cõparitiõe: alias redde-
ret nulla; vt dicit Mat. de afflictis ĩ cõstitu. regni Siciliȩ,
q̃ icipit, cãs alias. ĩ. iiij. nota. & in cõstitu. si quẽ nr̃orũ. in
vij. notabili. Et de die certa idẽ Matthȩꝰ ĩ cõstitu. q̃ inci-
pit, ĩ ciuilibꝰ. in. iiij. nota. Et debet nomẽ nũtij apponi ĩ
citatiõe, aliâs est nulla. Hippolytus sing. cclv. *

Nũtij nomẽ in citatione.

SED qd de hora? Hãc q̃stionẽ ẽt examinat idẽ Io. de
102 Imol. ĩ. d. §. decẽ. sed dic † ꝙ si iudex habeat certã ho
rã, nõ ẽ necesse exprimere horã ẽt si habeat duas horas
sufficit ꝙ cõpareat vltĩa. Si verò nõ habeat certã horã,
debet exprimi hora. Ita videt tenere Bal. ĩ. d. l. si vt ppo
nis. C. qũo & qñ iudex. Panor. ĩ. c. cõsuluit. extrà de offi.
deleg. Faciũt q̃ dicit Inn. ĩ. c. cũ nobis olim. extrà de elec.
¶ Et aduerte ad ea q̃ dicit idẽ Io. de imo. ĩ. l. q añ Calen-
das, ff. de verb. obli. vbi ponit practicã contra illũ q di-
stat multũ à lõge, & q est difficilis ad citandũ: qa (vt di-
cit) si cõpareat, aut eiꝰ pcura. ĩ vna assigna. debet sibi eli
gere locũ in q̃ citari velit. Quã practicã dedit Inn. in. c.
cõstitutꝰ. de pcu. & ĩ. c. auditis. eo. ti. & plura alia reme-
dia ponit ibi, sed istud ẽ practicabiliꝰ, aliâs fiat vna ci-
103 tatio gñalis, q̃ tñ nõ semp videt pmissa: vt ibi p eũ: † &
ibi ponit de expeñ. citatiõis q̃ debent p cõtumacẽ. per
gl. in. c. q̃relã. de pcu. q̃ est nota. ¶ Quia hìc fit mẽtio de
hora, Aduerte, qa expssio horæ ĩ instru. multũ prodest.
vbi est q̃stio de prioritate. qm̃ si in vno instru. sit hora
ĩserta, in alio nõ pfert illud qđ habet horã. Ita ppulchrè
tenet Ias. pceptor meꝰ in. l. j. in. ij. & iij. col. ff. solu. matri.
vbi ponit ĩ casu. c. si à sede. de pben. in. vij. ꝙ bonũ est in
puisiõe ordinarij ꝙ opponat hora: vt trãsferat onꝰ p-
bãdi prioritatẽ ĩ puiso à sũmo põtifice: & ibi multũ bñ
declarat mẽtẽ illiꝰ. c. & gl. ibi. De q̃ vide ẽt Feli. plenè. in
c. pastoralis. ĩ. iij. & iiij. col. & in. c. capi. in. v. col. de rescri.
& ĩ. c. sanè. (le premier) de offici. delega. Et dicit idẽ Feli.
in. c. j. in. iiij. colũ. extra de fide instru. ꝙ appositio horæ
in ĩstrumẽtis nõ est de necessitate, tamẽ qñq; prodest.

Horacerta an sit exprimẽda.

104 NVnqd † aũt citatis debeat fieri ad locũ certũ. Bar.
l. si vt pponis. la. ij. C. qũo & qñ iud. dicit ꝙ aut ẽ
citatio q̃ fit corã iudi. ordina. & tũc non, qa habet locũ
deputatũ, ĩ q̃ loco debet sedere. d. l. si vt pponis. qđ li-
mita, vt p do. meũ Iaso. ĩ. l. ius pluribꝰ. ff. de iusti. & iure.
aut fit corã delega. nõ hñte locũ maiorũ. Et si ab initio
deputatꝰ est locus, & tũc nõ debet ĩseri, aliâs sit q debet
eẽ pticularis. faciũt q̃ dicit Alex. ĩ cõsi. suo. cxxiiij. in pe-
nul. col. in. ij. vol. & Pau. de ca. ĩ cõsi. suo. xcviij. in. ij. col.
in. j. vol. & pdicta etiã tenet idẽ Ang. ĩ. d. l. si vt pponis.

ADDITIO. Vide Matthæum de Afflictis in
constitutione regni Siciliæ, quæ
incipit, edictorum. in. vij. notabili. *

105 SED iterũ † quæro an possit fieri de nocte. & de alijs
106 actibꝰ iudicialibꝰ: † dic in hoc cõsiderandũ esse tri-
plicẽ actũ citatiõis: qdã est q dicit actꝰ cõmissiõis de ci-
tãdo: & qa suprà dixi ꝙ talis cõmissio est sñia ĩterlocu
toria. p gl. ĩ. l. cũ clericus. C. de episco. & cleri. p do. meũ
Ias. in. l. moræ. ĩ. x. col. ff. de iurisdi. om. iudi. cũ alijs. ã. al-
lega. iõ videt nõ posse fieri de nocte scđm not. in. l. mo
ræ. ff. de ferijs. & p do. meũ Ias. in. l. nõ minorẽ. C. de trã-
sac. qdã est q dicit coartatio, q est qñ nũtiꝰ facit expletũ
suũ citãdo partẽ noiatã in mãdato: & tũc hoc casu aut
facit hũc actũ de nocte assignãdo diẽ parti ad cõparen-
dũ. Et videt valere: qa paria sunt aliq̃ fieri tpe habili, vel
inhabili dũmodo referat ad tps habile. l. in tps. ff. de he-
redi. ĩstitu. l. qđ spõsæ. C. de donatio. añ nuptias: & hoc
argu. arguũt quidã & dicũt, ꝙ etiã citatio die feriata, fa
cta ad diẽ nõ feriatũ valet: sed nõ est eadẽ rõ, immo di-
uersa & separata, ex q̃ licet cõis opinio sit ꝙ citatio fa-
cta die feriata ad diẽ nõ feriatã valeat, nõ tñ idẽ dicẽdũ
erit ĩ hoc casu, cũ citatio fiat ad hoc vt pars cõpareat. &
sciat q̃ die & hora debeat cõparere: cũ hȩ sint vires cita-
tiõis scđm not. in rubri. C. & ff. de ĩ ius vocando. & cũ
credat nũtio de illa assignatione diei & citatiõe, vt dixi
suprà & ĩ. in. §. sequẽ. dicã. nõ refert q̃ hora & tpe illam
assignationẽ dederit: nõ sic est ĩ die feriata: qa tex. resistit
illi actui illis diebꝰ non qdẽ rõne pdicta, sed ob honorẽ
dei p q̃ summꝰ est fauor. arg. l. sunt psonæ. ff. de reli. &
sumpti. fune. & l. veluti. ff. de iusti. & iure. qcqd sit, Vide
mus in curijs nr̃is, ꝙ etiã tales citatiões etiã de nocte nõ
fiunt. & maxime, vt videmꝰ ferè oĩa nr̃a mãdata initij
proces-

processus incipiūt ab executiōe: vt in mādatis de debitis guardię seu manutētionis, q sunt actus executionis: sed post oppositionē assignatur dies ex quo cōuertant̄ in vim simplicis citatiōis. si tamē fieret simplex citatio de nocte, recurrendū esset ad notata in locis hic añ allegatis. Tertio modo cōsideratur citatio ꝓ relatione quę fit per nūtium de actu quē facit: & de isto actu pōt dici ꝙ si fiat verbo iudicis, ꝙ debet fieri illa hora qua iudex sedet ꝓ tribunali: & qa iudex non pōt sedere de nocte, ideo etiā nec talis citatio pōt fieri de nocte. Si verò fiat relatio scripto: vt fit in curijs regalib⁹, tunc pōt illam facere nuntius qñ voluerit: sed tñ debet p̄sentari iudici de die: vt illa hora si pars non cōpareat, reputetur contumax per iudicē sedentem ꝓ tribunali, qui non pōt sedere nisi de die. §. sedebūt iudices. in aut. de iudicijs.

Considerare etiā debent nuntij q̃s ꝑsonas citare habeant qa multę sunt q̃ prohibent̄ citari: vt habet̄. ff. & C. de i iusvocādo. & maximè realiter de qb⁹ alibi dicā. vbi tractabo materiā citatiōis realis, q̃ quotidie in criminalib⁹ est non solū vtilis, immo etiā necessaria.

In textu ibi

Sont creuz.

Pluralis locutio in singularitates.

Ponderāda sunt verba hui⁹ consuetudinis quæ loquunt̄ in plurali nūero: ideo videtur qđ ad min⁹ debent esse duo, ad hoc vt eis credatur. l. vbi numer⁹. ff. de testib⁹. & regula pluralis locutio. de reg. iuris. in. vj. vbi Dynus. Credo tñ qđ hoc casu resoluit̄ in singularitates, qđ quomodo fiat, dixi suprà in rubrica huius tituli in prima glo. vbi plura allegaui.

ADDITIO. Vide Boerium in dicta clausula, pluralis locutio. in additione ad Dynum. *

Nuntio credit̄.

1 Nuntio †ergo credit̄, & eius statur relationi in his q̃ concernunt citationē partis, & diei assignatio. tex. in l. missi. C. de exactio. tributo. lib. xj. Ludoui. Bolognin⁹ in cōsilio suo. lij. in princi. Feli. in. c. j. de iudic. in versi. iiij. cōclu. & plura de mr̄ia. an & qñ nuntio credat̄ sine literis, vide i. §. seque. in gl. j. vbi dixi, an nūtio sine literis credat̄. & dic ꝙ sic. intellige cōstituto ab iferiore à principe. l. sed interpellat̄. & ibi Floria. post gl. ff. de arbitris. & no. gl. i. l. cessante. C. qūo & qñ iudex.

Nuntio pricipis ? credi tur sine literis.

2 †sed nuntio prīci. nō credit̄ sine lr̄is. l. vnica. vbi Pau. de ca. C. de māda. prīcipū. Io. de platea. in. l. ꝓhibitū. C. de iure fisci.

ADDITIO. Vide Matthęū de Afflictis i constitutiōe regni Siciliæ, q̃ incipit, edictorū. *

3 ¶†Nisi sit cardinalis cui credit̄ sine literis. c. nobilissim⁹. xcvij. distinc. & ibi gl. penul. & Archi. no. Io. an. in. c. ij. sup verbo, proponi. de iudi. in. vj. not. docto. in. c. cum in iure peritus. de offi. deleg.

ADDITIO. Sed an debeat excōicari à iudice citata parte. Matthę⁹ de Afflictis in cōstitutiōe regni Siciliæ, q̃ incipit, terminū vitæ. in. v. q̃stione, dicit qđ sic, & ibi ponit quō fieri debeat. *

4 Et aduerte, †quia nō credit̄ nūtio vltra assignationem diei de iure. tñ per hanc nostrā consuetudinē creditur etiā quo ad pœnā vsq; ad summā mentionatam i cōsuetudine nostra. & sic hic est casus vbi credit̄ vni testi. vltra positos ꝑ Spe. in ti. de teste. §. restat. versi. hoc tñ. vbi ponit. xxx. casus in q̃bus creditur vni testi. Sed ratio hui⁹ cōsuetudinis videt̄ esse, qa est causa breuior & modica seu minima in qb⁹ causis breuioribus vnum testē: vel per famā dicit̄ plena ꝓbatio, vt est de mēte Bar. in. l. de minore. §. tormēta. in vlti. col. ff. de q̃stio. do. Ant. de Butrio in. c. veniēs. & i. c. j. de appel. no. do. Matthæ. matthesilla. i. ij. suo nota. hinc dicit Bart. in

Vni testi credit̄ in leuibus.

5 l. j. quorū bonorū. †ꝙ cū in iudicijs possessorijs agit̄ de leui p̄iudicio, probatio ꝑ vnū testem, vel ꝑ famā habet vim plenæ ꝓbationis: quosdā etiā casus ponit Bonifa. de vitali. in suo tractatu maleficiorū. in titu. de ꝓbatio. & quot sunt gñā ꝓbationū. in. ij. col. & dicit Io. de pla. ꝙ in multis credendū est, q̃s enumerat in. l. semel. C. de re militari. lib. xij. vide etiā multos casus in qb⁹ vni credit̄ ꝑ do. Iaso. in repetitiōe. l. admonēdi. i. lxxij. & lxxiij.

Vni fide digno credendū est.

6 col. cū trib⁹ seq. ff. de iureiu. maximè qñ dicit †ꝙ vni fidedigno credēdū est. de quo ꝑ eundē do. meū Iaso. in. l. ꝑperādū. §. finaūt alteru. i. iiij. col. C. de iudi. plenissimè in. c. cū cōtingat. in. ij. col. cū quinq; seq. extrà de rescrip.

ADDITIO. Intellige si iudex velit ei credere, sed si nōvult credere, non tenet̄, vt dicit Bal. in. c. cū cōtingat. de rescriptis. allegatus per Matthęū de Afflictis in cōstitutio. regni Siciliæ, q̃ incipit, capitanei. in. x. notabili. Et aduerte qđ nuntio creditur in his q̃ concernunt ei⁹ officium, sed qđ fuerit iniuriatus nō creditur, bene tñ eidem credit̄ qđ fuerit verberatus, qđ maius est, vt dicit Mattheus de Afflictis in cōstitutione regni Siciliæ, q̃ incipit, in ciuilib⁹. in. ij. notabili. Et dicit Guido pape in q̃stione sua. ccccxxviij. quòd cōsuetudo Frāciæ est qđ eis in hoc credatur, sed parcat mihi ei⁹ autoritas: qa non vidi vsq; nunc obseruari, nisi essent aliæ ꝓbationes. * ¶Itē etiam qñ dicit,

Nuntio qñ & in qb⁹ credatur.

7 †ꝙ testi ab vtraq; parte appropriato credit̄. Et etiā vt dicit sine iuramēto. contrariū tenet Soci. in. l. j. §. fi. in. j. & ij. col. ff. de verb. obli. Iason. in. l. j. in. ij. col. C. de testa.

ADDITIO. Aduerte qa istud nō habet locū in Sicilia, vt tenet Matthæus de Afflictis in cōstitu. regni Sicilię, q̃ incipit, instrumētorū robur. in. ij. nota. Et de intellectu hui⁹ dicti, vide Hippolytū singu. suo. xcij. * ¶Vide ēt Bertachinū de firmo i tractatu de epo. in. iij. ꝑte. viij. partis. vbi ponit multos casus i qb⁹ vni testi creditur. ¶Qñ verò vni testi credatur ad ponendū quē ad torturā: vide gl. in. l. iij. C. ad l. iuliā maiestatis. & in. l. marit⁹. ff. de q̃stiōib⁹, & ille gl. sunt intelligēdæ qñ vnus testis deponit de sensu ꝓpinquo, puta de visu, qa tūc facit indiciū ad torturā, secus si de sensu remoto: qa tūc requirunt̄ duo testes. gl. in. l. fi. in verbo, indicijs. C. familiæ herciscūdæ. & ita intelligit & cōcordat do. me⁹ Iason in repetitiōe. l. admonendi. in. lxxj. col. ff. de iureiu. & intelligit etiā dūmodo cū dicto testis cōcurrant alia indicia: qa si esset dictū vnius testis sine alijs cōiecturis, nūq; poneretur q̃s ad torturā: vt dicit do. me⁹ Ias. in dicto loco, & ex hoc Ludouicus qui dicit̄ sanct⁹ ordinationē fecit, ꝑ quā ordinauit, qđ ad solū dictū vnius testis non poneret̄ quis ad torturā etiā cuiuscūq; dignitatis & autori. prout refert. G. Bn̄dicti in sua repetitiōe. c. Raynu. i verbo, Adiecte impuberi. nūe. xxxiiij. de testamentis. Et istud est æquissimū, & de iure fundatū, vt probat do. me⁹ Iason in dicto loco.

Testi vni qñ & in qb⁹ credat̄.

Questio ad vni⁹ testis dictū non imponēda.

ADDITIO. Istud idē tenet Hippoly. de Marsilijs i cōsi. suo. cij. in. iij. col. nu. x. vbi allegat dn̄m meū Iaso. in. d. loco. & etiā ita tenet in singu. suo. cccxlij. incipiente, qñ testis. & vide Matthæū de Afflictis in cōstitutiōe regni Siciliæ, q̃ incipit. si dāna clandestina. in. ix. notabili. in. ij. q̃stione, & in cōstitutio-

ne q̃ incipit,humanitate.in.ix.col.vbi amplè.Et aduerte ad hoc qđ ille testis.debet esse omi exceptiõe maior. vt dicit Bald.in.l.militis.C.de q̃stionib⁹.Hippolyt⁹ de Marsilijs in cõsi. suo.q.in.v.col.nũe. xxxvij.&.xxxviij. vbi etiã dicit vnũ notabile , qđ si sit aliq̃ coniectura in cõtrariũ,vnus testis nõ facit indiciũ ad torturã, allegat Ioã.and.in.c.cũ,in cõteplatiõe.de reg.iur.& Ba.in.l.ij. in.j.col.C.quorũ appella.nõ recipiunt.& Alex.in cõsi. cxxiij.incipiente, qm̃ abunde.circa principiũ.ij.col.in vj.volu.Ita etiã tenet Hippoly.in sua practica causarũ criminalium in.§.diligenter.in principio,vbi amplè.

Testis vnic⁹ accusatorẽ à talionis pena liberat.

¶Adde aliũ casum in quo credit̃ vni testi:immo dictũ vni⁹ testis habet mirabilẽ effectum, qa excusat accusatorẽ à pœna talionis, vt tenet idẽ Hippolyt⁹ de Marsilijs in singu.suo.xlvij.incipiente, in ore duorũ,vel triũ. Aliũ casum ponit idẽ Hippoly.in singulari suo.cxij.incipiẽte,in ore duorũ.vbi dicit qđ testis solus product⁹ ab eo cõtra quẽ fuerat corruptus pecunia ne testimoniũ diceret cõtra corrumpentẽ eũ,hæc deponat, plenè probat.verbũ fuit singulare Bal.in.c.j.in.ij.col.si de inuestitura inter dñm & vasallũ lis oriatur. qđ dictũ refert & sequit̃ pro singulari Feli.in.c.licet causam.in.v. colũ.extrà de ꝓbatio. & istud tenet idẽ Hippolytus in cõsi.lxj.in penul.col.nu.xxxij. & ibi dicit idẽ Hippoly. qđ dictum soli⁹ vulnerati exculpãtis inculpatũ ꝓdest ei.adeò qđ non põt torqueri ex indicijs existentib⁹ cõtra eũ.dixi.s.hoc eo.tit.§.v.ĩ gl.(s'il n'a grace du prĩce.) versi.vj.casus.Aduerte tñ ad id qđ dicit idẽ Hippolyt⁹ in cõsi.suo.lxxviij.nu.xxj.qđ si vulnerat⁹ moriens dicat se mori ex culpa medici, q̃ sibi nõ credit̃, nec ꝑ hoc iuuat ꝑcussorẽ,si aliter hoc nõ apparet.qđ dictũ refert & sequit̃ Feli.in.c.l\&as ĩ pe.col.de p̃scriptio. & dicit idẽ Hippoly.se dixisse de cõfessione morientis ĩ suis singularib⁹, & in sua practica ad qđ nõ insisto, cùm non sit p̃sentis speculatiõis.

Vulneratus exculans inculpatum.

Vulneratu sexcusans medicum.

¶Adde quòd soli regi creditur de gestis añ se.vt est text.in.c.cũ à nobis.de testib⁹.etiam de his q̃ ante principatũ se præsente gesta sunt.gl.singularis in.c.j.in verbo,statuit.de renuntiatio.in.vj.dixi in Catalogo gloriæ mũdi,in quinta parte in.xxiiij.consideratiõe.articu.clxxxv.& in.xxxv.consideratione. *

SED quærit̃ nũquid valeat hec cõsuetudo quæ introducit:& ordinat qđ dicto huius messarij credatur:videret̃ quòd non: qm̃ vt dicit Anto.de butrio in c.ij.de ꝓbatio.qđ per statutũ seu cõsuetudinem nõ potest disponi, vt vni soli testi credatur, nisi ꝓpter casum necessitatis vel euidẽtissimæ vtilitatis.in casu nostro nõ video qũo possit esse talis necessitas, aut euidentissima vtilitas:igit̃ &c.Et ita tenet dñs me⁹ Iason.in.l.j.§.fina.

Vni testi non credẽdũ nec papa cõtrariũ statuere potest.

8 ff.de verb.obli.Immo qđ fortius est,†non põt fieri per papã quòd dicto vni⁹ testis credat̃. ꝑ Feli.in.c.cõstitutus.de p̃scrip.& in.c.fi.de maio.& obedi.idẽ dñs meus Iason in lectura.l. admonendi.in.xx.col.& in repetitione.in.lxxiiij.col.& in.l.iusiuran.quod ex cõuentione.in ij.col.ff.de iureiurã.& hoc credo verũ regulariter ꝑ tex. in.c.licet vniuersi.in fi.de testib⁹,sed tñ in hoc casu cre-

9 do qđ consuetudo nostra potuit hoc inducere : †qa in leuib⁹ potest consuetudo facere de ꝓbatione inualida validã.per Panor.in.c.ij.in penul.col.de ꝓbatio.argu. l.j.ff.de ventre inspicien.in fin.facit qđ notat Ange in

10 l.ea qdem.in.j.col.de accusa.vbi dicit†quòd denuntiatoribus credit̃ in leuibus, & non aliàs.Et faciunt q̃ dicit Feli.in.c.cum dilectus.in.j.declaratiõe. extra de fide instrumento.vbi dicit valere statutũ, vel consuetudinem facientem de probatione inualida, validã.Sed intellige hoc, vt ipse dicit ĩ dicto.c.ij.de probatio.in secunda cõclusione,quãdo est euidens vtilitas, vel necessitas, quæ vtilitas in hoc cõsiderari potest,quia hi deputantur ad custodiendum, ne damna;dentur:vt dictum est suprà, quando dictum est quale esset eorum officium.

11 ADde †aliũ casum in quo vni testi creditur scilicet in probando baptismũ alicuius, vel ꝓbando clericatũ vbi in his nullum præiudiciũ infertur alicui, vel etiã si ecclesia sit cõsecrata.ĩ.c.cum itaq;.&.c.paruulos. de consecra. distinc.iiij.dñs me⁹ Iason in.l. rescripta.in ij.col.C.de p̃cib us imper.offerẽ.& in dicta repetitiõe.l. admonẽdi. in.lxxiiij.col. ¶Petrus gyraudi in suo singulari incipiẽte,regulam. * ¶Dicit tñ Barto.†quòd

12 an quis sit clericus nõ probatur per literas sacerdotij.Et ita tenet in.l.illud.ff.de acquiren.hęredita.Innocen.in.c. tua nos.(le.ij.) extra de clerico peregrinañ. ¶Et dicit Bal.in.l.solẽnibus.C.de fide instrumentorũ. quòd maiores ordines nõ probantur per minores, licet per probationẽ doctoratus dicendo quòd fuit in publico examine probetur priuatũ examen.dicit tamẽ Innocen.in c.j.de cleri.peregrinan. quòd p̃sumendũ est pro discretione ordinantis, qui nõ ordinasset nisi vidisset literas ordinum præcedentiũ:& ob id nõ sunt quærendæ literæ aliorum ordinũ secundum Panor.in.c.nisi essent.de præbendis:sed illa ratio nõ mihi placet : quia ius etiam quandoq; dubitauit de promotis ꝑ saltum. vt in titulo.de clerico per saltũ promoto.vide Guilielmum Benedicti in sua repetitione.c. Raynutius.in verbo, adiectæ impuberi.numero.xxvij.de testa.

ADDITIO. Vide etiã qũo probetur clericatus ꝑ duos testes,& per vnũ, & per literas superioris ordinis, ꝑ Matthęũ de afflictis in constitu.regni Siciliæ,q̃ incipit,apostatãtes. * ¶Vt dicit Feli.in.c.sup hos.de accusa.requirit̃ quòd quis habeat literas de quolibet ordine. Nec sufficit qđ doceat de literis sacerdotij:qa aliàs præsumet̃ promotus ꝑ saltum : quo casu nõ valet electio,seu quæuis alia ꝓuisio de beneficio eidẽ facta.vt tenet Præpositus in.c.sollicitudo.lij.distinc.in.ij.col.Et si opponat̃ contra aliquem quòd non est promotus à suo episcopo, vel sine literis dimissorijs:vel quòd nõ est subdiaconus : incumbit ei ꝓbatio non opponẽti.vt dicit ibi Feli.& vide eundẽ in c.sicut.de re iudicata.in.xiij.&.xx.col.quomodo verba enũciatiua de licentia,vel literis dimissorijs probant.

¶Dicit tñ Feli.in.c.fi.colũ.ij.de p̃sumptio.post glos.& Panor. quòd impetrãs beneficium præsumit̃ idoneus etiã idoneitate clericatus, adeò qđ contradicens seu opponens habet probare cõtrarium.per text.in.c.j.& in.c. vt circa de electio.in.vj.faciunt notata in.l.si minorẽ.ff. de in integrum restitutio.Quicquid sit tamen. *

¶Clericatus debet probari per literas testimoniales.vt dicit Guido pape q̃stione sua.ccccclxxij.col.iij. versic. item cùm aliquis dicit se fore clericũ.quod nota. Et sic est hic vn⁹ casus in quo requirit̃ scriptura.vide quoldã alios infrà hoc eod.titu.§.sequen.in glos.(de simple recousse.)versicu.pro.vj. ¶Adde alium casum, scilicet in licentia iudicis de intrando possessionẽ, quæ nõ potest probari nisi per instrumentũ.Barto.in.l.fi. C.de edicto diui adriani tollen. Bald.in.l.ij.col.ij. C.de iure emphy. Ias.in.l.cum proponas.C.de pactis.

Adde

☞ ADde casum in professiõe, in qua requirit̃ scriptura: ꝙ quõo intelligatur, vide amplè Cardinalẽ alexandrinũ in.c.rursus.in.v.vj.&.vij.col.extra q̃ clericivel vouẽtes.✱¶Adde alium in esse in magnis priuilegijs. Bal.in.c.constitutus.in fi.extrà de rescri.vide alios in gl. ij.c.j.de cẽsibus.in.vj.Adde etiã alios ꝑ do.meũ Ias.in.l. non solũ.in.§.morte.in.xj.col.scilicet in protestatiõe in quinq; casibus.Adde & aliũ per eũdem in.l.morę.col. viij.ff.de iuris.om.iu.scilicet iurisditiõe ordinaria probanda.et dicit idẽ do.Ias.in.l.j.col.xiiij.C.de iure emphyteu.ꝙ in oibus casibus in quibus requiritur scriptura, non admittitur probatio per testes, nisi sint quinq;.

ET panor.in.c.inter quatuor.extra de clericis peregri.vbi querit.Quid si qs ordinatus fuerit: iã sunt lx.anni,nec extant testesvel instrumẽta suę ordinatiõis: constat tamen ꝑ illos inter quos cõuersatus est ꝙ habetur pro sacerdote,an hoc sufficiat:& dicit ꝙ sic.Et ideo melius egisset quidã monachus,qui cũ haberet causam in materia possessoria de sacristaria sancti Martini Heduẽn.si hoc modo suã ordinationẽ clericatus probasset q̃; literas clericatus falsificare aut falsas fieri facere ꝑ quẽ dã(des ions)q̃ ꝑpter hoc fuit cõdẽnatus tanq̃; falsarius. ¶Sed quia hic sumus in materia probatiõis clericatus: quia quotidie est necessaria ꝓbatio in materijs beneficialibus.Et multas cõtrouersias vidi.

Questio 13 †Quæro,an ordinatus ad clericatũ à nõ suo ep̃o gaudeat priuilegio clericali si fuerit ordinatus sine lr̃is dimissorijs:videt̃ ꝙ nõ ꝑ tex.& gl.in.c.eos.in.c.fi.& gl.in.c.j.de tẽp.ordi.& quali.ord.in.vj.Et ita vidi iudicare in materia bñficiali in recredẽtia.Guido pape vr̃ tenere contrariũ in distinctiõe sua.cccclxix.sed intellige,ꝙ qñ ordinat̃ à quodam suffraganeo debet de eius autoritate iustificari,cũ non sit ordinarius,arg.no.ꝑ Feli.in.c.cũ in iure peritus.de offi. dele.& ita pluries feci in casibus mihi occurrẽ.Et qa dicit̃ in bullis dictorũ ep̃orum suffraganeorũ qđ possint exercere pontificalia in tali dioceси, dummodo de ep̃i loci procedat liceñ.de qua ergo constare debet.

ADuerte ad id ꝙ dicit Egidius de bela mera,cõclusiõe.cccc.ꝙ ꝓbatio capellanatus honoris nõ põt fieri per testes sed solet fieri scriptura,nec sufficit cõmunis reputatio.vt in conclusione.ccccclxxx.

In textu ibi

Par leurs sermens.

NAM etiam licet hæc verba non fuissent apposita tñ adhuc tenerent̃ iurare dicti messarij:qm̃ vt dicit Ang.in repe.l.si vacãtia.in.iij.col.C.de bonis vacãtibus.

Nũtij vt eis credat̃ iurare tenentur.

1 †Si ex forma statuti stetur dicto accusatoris nũtij, vel denũtiatoris,tñ debet intelligi cum iuramẽto per.l. theopompus.ff.de dote prelegata.

Periti in arte.

2 Hinc est†ꝙ quando cõmittitur peritis in arte iurare debent.ita tenent Pau. de cast.& dñs me⁹ Ias.in.l.de pupillo.§.q̃ opus.ff.de noui oper.nun.idẽ do.meus Ias.in lectura.l.admonendi.in iij col.& in repetitiõe.in.lxxxj,col.ff.de iureiu.Hinc dicit Bal.in.l.iusiurandum ꝙ ex cõuentione.ff.de iureiur.

3 ꝙ si fiat pactum inter partes ꝙ stetur dicto creditoris, non intelligitur de simplici dicto, sed de dicto cum iuramento per.d.l. theopompus. Et istud dicit & refert idem domi.meus Ias.in.d.l.iusiurãn.in princi.in.iij.col. ff.de iureiurã.Et quòd debeant tales iurare,facit text.in c.pastoralis.extra de except.Nam si stetur conscientiæ alicuius intelligitur dũmodo iuret.ita Ang.Pau.de ca. et Ias.in.d.§.qui opus.per Ang.& alios.in.l.apertissimi. C.de iudicijs.¶Vide Marcum Antonium baueriam.in tractatu de effectu iuramenti.in.vj.effectu.

VIDE etiam de prædictis per Pa.consi.lj.& sequẽti.in.j.vol.Roma.consi.xx.in.ij.col.Fel.in.c.proposuisti.in.iiij.col.de ꝓbationi.Et in.c.veniens.in.vij.colũ. versi.&.j.& in.iij.col.versi.tertio inquantum.et per Bal. & Feli.in.c.tuis quæstionibus.in.iij.col.de testibus.& faciunt q̃ dicit idẽ Feli.in.c.quia iudicantẽ.in.ij.col. extrà

4 de præscri.†vbi dicit de agrimensore qui etiã debet iurare.& plura notabilia de agrimẽ. ponunt in.d.c. quia iudicantẽ.Pa.& post eum Feli.quę licet sint hic extrauagantia,tamen succinctæ dicã cũ sint practicabilia.Nam vt dicunt,tenent̃ iurare præsentibus partibus,vel legitimæ citatis,qñ eliguntur à iudice:si vero eligunt̃ de cõi consensu partium,non tenent̃ iurarevt dicit ibi Bal.sed crederem cõtrariũ per.d.l.thepompus.§.alle.¶Item nõ tenent̃ iurare dicere veritatẽ præcisæ:sed scđm iudiciũ suum:& non requirit̃ præsentia partis,qñ referunt iudici:& debet fieri mensuratio expeñ.cõmunibus,etiam si vnus tantũ cõtradicat:& qñ iudex motu propriovellet se informare ad dictum periti,non debet eum facere iurare.idem de cõsiliario electo à iudice,qa nõ tenetur iurare:et ibi Pa.de forma libelli:et q sunt grauati à talibus debent infra annũ conqueri,& tales tenent̃ de dolo & lata culpa: & iudex debet primò mittere agrimẽsorem aut ire:& hoc est vtilius,& ponere fines,postea pronũtiare tales mensuras. Hæc oĩa & quædam alia vtilia ponũt.Panor.& Feli.in.d.c.quia iudicantẽ. supra.alleg.

Agrimẽsores.

☞ ADDITIO. Si vis videre ad saturitatem de medicis quib⁹ standũ est: anvulnus sit mortale vel non,& quæ requirunt̃ ad hocvt illis credat̃,& plura alia in materia,vide Mat.de Affli.in cõsti.regni Siciliæ quę incipit,terminũ vitę.in.iiij.v.vj.vij. viij.&.ix.qõnibus & in cõstõne,qui de altero in.iij.li.& de medicis qũo eis credat̃:an vulnus sit mortale,vel nõ vide Hippolytũ de Marsilijs in cõsil.vij.in.vj.col. & ibi dicit ꝙ ex multis cognoscitur an vulnus sit mortalevel non:et ex oĩbus deductis ꝑ medicos remanet adhuc arbitrium iudicis an sit mortale,vel non, & in dubio an iudicandũ sit mortale vel non,dicit Bal.in.c.j.in.vj.col. quibus modis feudũ amitta.ꝙ iudicandũ est mortale: sed cõtrariũ tenet idẽ Hippolytus in dicto consi.in.viij. col.nu.59.§.alle.Et intellige ꝙ talibus creditur,dummodo non sit iusta causa non credendi, prout dicit idem Matthæus in cõstitutione quæ incipit,culpam.in.iij.notabi.& nota dicta per eum. ✱

SED redeundo ad propositũ vnde digressi sumus, videtur ꝙ si nõ esset dictũ ꝑ consuetudinẽ ꝙteneret̃ iurare talis messarius:ꝙ in isto casu non tenerẽt iurare: qa ex quo isti messarij sunt electi à populo,aut à iudice habente potestatẽ ad officiũ eorum:scilicet ad custodiẽdum prata,ligna,& alia huiusmodi:et in prin.sui officij iurant,nõ deberent cogi in singularibus relati oĩbus iurare:iuxta doctrinã Nico.de Neapo.in.l.j.§.j.ff.de vẽtre inspiciendo.& Bal.in.l.hac edictali.§.illud.C.de secũdis nuptijs.q̃ refert & sequitur Feli.in.c.proposuisti.in pe. col.versi.fallit quinto.extrà de probationibus.

5 ET aduerte,†ꝙ si tales messarij deierauerint in isto iuramento,ꝙ possunt puniri de periurio:vt tenet Bal.i additio ad Spe.in tit.de iuramẽto calũnię.v.ꝑ statutũ:vbi dicit,ꝙ si sit statutũ ꝙ de dãno datoalicui:stet̃

Messarij deierantes: puniendi de ꝑiurio.

iuramēto alicuius:ꝙ si quis fuerit cōdēnatus ex illo iuramāto,potest cōuenire iurantē ad interesse periurij. Si ergo sit periuriū,& sit dānosum,cū agatur ad interesse, ergo est punibile.¶Intellige etiā prædicta:qn̄ dr̄ ꝙ standum est dicto messarij & camparij:cū iuramento,dummodo tales nō sint infames,quia tūc eis nō esset standū ita in specie voluit Ang.in.l.q iudicio.ff.de accu,quē refert et sequit̄ do.meus Ias.in.§.sed iste.in.xxj.col.insti.de actio.Hinc est ꝙ dat ibi intellectū ad illā regulā.qd' qn̄ dicitur ꝙ stari debeat assertioni alicuius cū iuramēto, debet intelligi qn̄ est persona fide digna:nec ista facultas iurādi trāsit ad hæredē:etiā si fuerit præsens.Bal.in.l. ait prætor.in prin.ff.de iureiu.& do. me⁹ Ias.in.l.fi.§.fi. ff.ne qs eum qui in ius voc.Intellige etiā prædicta , nisi euidēter & manifestę ex inspectione ipsius relatiōis aut declaratione cōtrariū appareat:quia tūc relationi ipsius messarij stari nō debet,vt cōprobat in simili in tali statuto p multas rōnes do.Alex.in cōsi.suo.xvj.in.vj.vol.

Limitatio prędictorum.

Alia limitatio.

INtellige etiā predicta,dūmodo p partē aduersam nō ꝓbet̄ cōtrariū ei⁹ ꝙ asserit messarius:vel etiā ꝓbetur aliqd p ꝙ p̄sumat̄ cōtrariū.ita voluit Io.and.post Inn. & alij post eū.in.c.q̄a ꝓpter.§.illud.extra de ele.vbi volunt ꝙ licet qs possit ꝓbare impedimentū p iuramētū suū:vt est ibi tex.tn̄ admittit̄ ꝓbatio in contrariū.Hinc facit ꝙ notabiliter voluit Ang.in.l.q restituere.in.ij.col.
6 ff.de rei ven.vbi in specie dicit†ꝙ statutū disponens ꝙ stetur iuramento alicuius,intelligit̄ nisi cōtrariū ꝓbet̄. & idē voluit Ang.& Imo.in.l.q bona.§.qui dāni .ff. de damno infec.per Ang.in.l.qui vas.in prin.ff.de fur. per Albe.de rosa.in tractatu suo statutorū.in.ij.parte principali.in qōne.xiiij.inci.itē q̄ro,si statuto vel reformatione caueat̄.Fel.in.c.ij.post Pa.& Corsetū.ibi in aposti.ad Pa.ibi in pe.col.extrâ de consti.do.meus Ias.in.l.ait prętor.la.j.§.iurati.in.ij.&.iij.col.ff.de iureiu.¶De materia huius gl.vide quædā p Boeriū in cōsue.Bituricen̄.tit.de iuris.om.iud.§.xxv.in glo.not.ꝙ denūtiator : & ibi an istud statutū comprehendat bestias clericorū.¶Et etiā de materia huius articuli qūo standū sit talibus,& si cōtrariū possit ꝓbari:vide Albertū brunū in tractatu suo de cōstitutionibus,decretis,statutis in verbo , dānum. versi.ꝙ stetur dicto officialis.vbi amplè per.xj.colū . *

ET est vnū remediū ꝙ datur cōtra statutū seu cōsuetudinē nr̄am:ꝙ posuit Bar.cepo.in cautela sua.cv. inci.multa sunt statuta in Italia.in.xiij.fo.q ꝓ hoc plura allegat:& maximè(vt dicit)qn̄ probat̄ ꝙ tale dānū de quo est iuratū,non est datū:vt apparere pōt p euidētiā
7 facti:†cū nulla sit melior probatio,q̄ȝ illa q̄ fit p aspectū & euidētiā rei.Multa ad hoc Cepo.in dicta sua cautela: cui adde Bal.in.l.vnica.in.iiij.col .C. vt q̄ desunt aduo. parti.iudex suppleat.Ange.& Imo.in.l.j.§.q̄ dāni .ff. de dāno infec.¶Hinc dicit Bal.in.l.si qs testibus.in fi.C.de testib⁹.ꝙ cū probatio p rei euidentiā sit melior ceteris, ita ꝙ in ea nō præsumat̄ subornatio testiū : admittitur etiā post didicita testificata:& dicit Alexā.in consil. suo xxxv.inci.viso processu causæ vertētis.in.iiij.col.in.iiij. vol.huic probationi nunq̄ȝ intelligit̄ derogatū.do.me⁹ Ias.in.l.eū q.§.in popularib⁹.in.iij.col.ff.de iureiu. & in l.j.in.vj.col.ff.de no.ope.nun.& in.l.fi.ff.de in litē iuran. Alex.in cōsi.suo.cxvij.inci.postq̄ȝ in causa magnifici.in fi.in.j.volu.immo etiā si statutū diceret ꝙ nulla ꝓbatio admittatur:nunquam talis intelligatur exclusa,ita do: meus Ias.in.d.l.j.ff.de no.ope.nunti.

Nulla melior ꝓbatio,q̄ȝ p euidentiam.

ADDITIO. Vide de hac ꝓbatione p Mat.de Affli.in cōsti.regni Siciliȩ quȩ incipit,in posterū.in.xij.not,& p Hippolytū de Marsilijs
5 in cōsi.suo.xvj.nu.8.et i cōsi.lxiiij.nu.28.*¶Aduerte†ꝙ in octo casibus requirit̄ probatio p oculū & visum.Primus cū quȩrit̄ de finibus.l.si irruptione.ff.finium regū. Secundus cū quærit̄ de ætate.l.minor.ff.de minoribus. Tertius cum quæritur:an aliqua sit virgo vel corrupta. xxvij.q.j.c.nec aliqua.c.proposuisti.extrà de probatio. Quartus cū querit̄,an aliqs sit sectus , vel habeat aliud impedimentū in genitalibus.c.laudabilē.in prin.de frigi.& male.Quintus cū quærit̄:an aliqua sit prȩgnās.l.j. ff.de vētre inspicien.Sextus cū quȩritur:an aliquis sit infirmus:q̄a reqrit̄ oculus medici.l.semel.C.de re mili.lib. xij.Septimus cū quærit̄:an pecunia fuerit numerata:& quȩ fuit illa pecunia.l.testiū.ff.de testibus . Octauus cū quærit̄:an qs habeat maculā in oculo vel aliud impedimētū corporale.c.ij.& vltimo.extra de corpo.vitia.hæc dicit Ioan . de turre cremata.in.c.testes.§.de his.iij.q.ix. ¶Iacobinus de sctō Georgio pr̄ practicātiū hāc ꝓbationem in alio casu practicat,scilicet in errore calculi ex visiōe & exhibitiōe librorū rōnum,q̄ semp debet admitti allegādo errorē calculi.ita dicit in.l.ꝓcula.ff.de ꝓbatio. vbi dicit ꝙ illa ꝓbatio p euidētiā facti est melior q̄ȝ alia.

Octo casus in quibus requiritur probatio oculi

9 SED incidēter quȩrit̄†si fieret hæc ꝓbatio p euidentiā rei expen̄.cuius debeat fieri hec visio loci:Credo ꝙ fieri debet expen̄.petētis arg.eius ꝙ dr̄ in.l. gn̄aliter.§. his.C.de reb⁹ creditis.vbi Bal.& Sali.dicūtꝙ vbi est q̄stio de tabelliōe mittēdo ad aliquē,mitti debet expen̄. petētis vt mittat̄.¶Et istud tenet Pet.Giraudi in singulari suo.lxxviij.inci.qn̄ quis.*¶Dicūt tn̄ Pa. & Feli.in
10 c.quia iudicātem.in.ij.col.de præscri.†ꝙ mensuratio q̄ fit p agrimensores fit expen̄.cōmunibus:licet tm̄ vnus petat,& alius etiā contradicat.Idē etiam tenet Bar.in.l. si postulauerit.ff.de adulterijs.Ita etiam tenet Salic.in.l. si quis .C. finium regundo.Et aduerte,quia in casu in quo est respondendum positionibus partis si mittatur ad domum absentis in casibus priuilegiatis fiet expen̄. communibus.In alio casu vero fiet expen̄.absentis:decisio capelle Tholosa.cclxxiij.

Probatio ... oculi ...

ADuerte tamen ꝙ in casu nostrȩ consuetudinis,videret̄ ꝙ ista probatio sine quacunq̄ȝ alia non debeat admitti ad probandum contrarium eius ꝙ p iuramentū asseruit messarius:cum per consuetudinem nostram agatur de modico præiudicio,scilicet de septem solidis turon̄.& non in plus ei creditur cum dicat dn̄s meus Ias.in.§.sed iste.in.xxj.col.institu.de actionibus.ꝙ quando statur dicto alicuius cum iuramento , quod tamen potest probari contrariū.nisi sit in causa quæ nō est nimis præiudiciabilis:quia tunc non admittitur probatio in contrarium:& dicit se didicisse ab Alberico in l.j.in.j.col.C.de rebus creditis.qui pro hoc allegat glos. quam dicit etiam singularem in clemen.j.de iureiu . & licet hoc dicat dominus meus Ias.in dicto.§.sed iste . nō tamē reperio quod Alberi.hoc dicat in libro meo:quia habeo omnia opera Alberici:& volui eum videre, sed nihil dicit.¶Et ideo dominus meus Iason in.l.secunda. §. si absens . ff. si ex noxali causa agatur . tenet istud quod antæ dictum est : quod tamen limitat duobus alijs modis . Primo , scilicet quando statutum diceret quòd statur iuramento talis pro plenaria probatione, tunc non potest probari contrarium , secundum glos. in clementina

in clemētina.j.in verbo,fecisse narramus.de ꝓbatio.per quā ita limitat Lud.Roma.in.l.si duo.ff.de acq. hæredi. & in.l.quæ bona.§.q̄ dāni.ff.de dāno infe.& p Alex.ita limitatᷣ in cōsi.suo ibi p.d.Ias.alle.scd'o √o qn̄ limitat ex dicto Bal.in.c.nōnulli.in pe.col.de rescriptis.sed qa idē Bal.est sibi cōtrarius,et cōtrariū etiā tenet idem do.meꝰ non insisto.vide eum.aliam limitationem vide infrà.*

ITem adde ꝙ licet iuratū fuerit p messariū: tn̄ adhuc iudex poterit taxare illud iuramentū si viderit iurantem calūniā vel falsitatē cōmittere.Ang.in.§.j.in autᷣ.de exhibē.reis.& in.l.videamus.§.differre.ff.de in litē iurādo.Feli.in.c.proposuisti de ꝓbatio.& Cepo.in cautela sua.cv.vbi limitat,nisi in statuto dicatᷣ ꝙ vltrà inqri nō possit;ꝓut dicit Bal.in.c.j.si de inuesti.inter do.& vasal.

In textu ibi

De leurs rapportz.

RElationem ergo debent facere nuntij,seu messarij quæ an sit necessaria,seu an sit de necessitate fienda ad hoc vt valeat ꝓcessus.Pa.in.c.fi.extrà de ferijs.in

Citatio est de fundamento iudicij.

1 pe.col.dicit†ꝙ nō potest negari ꝙ citatio sit de ꝓcessu & fundamento iudicij vt in.c.qm̄ contra falsam . extrà de proba.de quo articulo dixi hîc ante.in glo.j.ibi,multa sunt nomina quæ idem importāt:non aliter insisto.

☞ ADDITIO. Dicit Mat.de Aflli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit,in ciuilibus.in.ij.not,ꝙ ista relatio requiritᷣ.Et ꝙ citatio est fundamētū iudicij,vide eundē in constōne q̄ incipit,si quē nostrorū.& vide Soci.in consi.xij.in.ij.col.*

Relatio dupliciter fit. Verbo.

2 ¶†Et aduerte ꝙ quo ad nos dupliciter fit ista relatio:qnq; em̄ fit √bo,& per se:vt habetᷣ in.c.cū parati.extra de appel.& l.magis puto.§.ne passim.ff.de rebus eorū.& hunc modum obseruant nuntij curiarum inferiorum iudicum, curijs regijs:vt sunt nuntij curiarū castellaniarū, & baronū,seu dominorū habentiū iustitiā:ꝗ relationē dicūt practicātes esse viuęvocis:fiunt etiā aliqn̄ tales relatiões in iudicijs & auditorijs curiarū regiarū,vt in curijs balliuorū:maxime in causis procuratoris regij : qn̄ nuntij referūt se citasse aliquē:& refert verbaliter in iudicio:& registratᷣ illa relatio in actis curiæ:sed videretᷣ ꝙ non sit sufficiens ad obtinēdū defectū contra citatū ꝑsonaliter: cum in citatiōe personali requiᷣ mādatum (dicā infra) & ideo etiā relatio debet esse in scriptis,sicut citatio:aliter tamen quotidie obseruatur in curijs nostris.

Relatio viuæ vocis.

Relatio p literas.

31 NOna causa †est quando feudũ est exiguum: quia tunc vasallus ꝓpter non petitionem renouationis inuestituræ eo nõ priuatur: nullũ alium hoc dicentem legi prẹter Ludouicũ romanum in nota. suo. ccxx. incipiẽ. tu qui habes feudũ. vbi ponit quid sit feudum exiguũ, & ita dicit Aluaro. in. c. j. §. nulla. in ti. per quos fiat inuestitura. nõ est hîc insidendũ in illa causa, si dñs receperit vasallũ post tẽpus elapsum, an dicatur remisisse: qa non facit fructus suos dominus, nisi postq; posuerit feudũ in manu sua per consuetudinẽ nostram.

ALias causas posui supra in q̃stionibus quas annotare potes quidã verò mihi allegauerunt Ray. in feud. vbi sunt multæ causę super ver. inuestiti præstiterunt Alberto eorum domino iuramẽtum eorum fidelitatis. j. in. xxv. colũ. sed pro certo non habeo ipsum: nec illum vnq; vidi, si tu habeas, videas.

Vasall⁹ ipeditus petere inuestiturã debet ꝓtestari de impedimẽto.

32 ADuerte quia quando †vasallus impeditus est aliquo impedimento, propter qđ non possit petere renouationem inuestiturę, debet protestari de impedimento per ea q̃ voluit Io. and. in. c. fi. extrà de appell. Et dicta per dñm meum Iaso. q̃ faciunt ad ꝓpositũ. in. l. de pupillo. §. si qs ipsi prætori in. iij. col. ff. de noui ope. nũtia. & ibi Alexã. in apostillis ad Bar. & in lec. & in. l. properandũ. §. sin autem vterq;. in. j. col. C. de iudi. ꝑ Feli. in c. ex transmissa. de rescriptis. & per Philippũ Francum in. c. ex tenore. in. xiiij. col. extrà de appel. vbi multa per Alex. in consi. xix. in. ij. colũ. incipi. Viso processu causæ verten. in. j. volu. Plura ad propositum & in specie per Card. Alex. in. c. j. in. vij. col. in ti. quo tempore miles.

33 ADuerte ad q̃stionem quã ponunt doctores: †ponẽ ꝙ vasallus inuestiturã petierit à dño infra tempus debitũ & debito modo, dñs aũt nõ vult ipsum inuestire: an priuari debeat dñs iure proprietatis, seu iure qđ consequitur rõne ꝓprietatis. Aluaro. & Car. Alex. in d. c. j. quo tpe miles, dicũt ꝙ sic. Ita tenet glo. in. c. fi. ꝑ q̃s fiat inuestitura. Idẽ tenent p̃dicti doc. in. c. j. q̃ fuit prima causa bñfi. amit. in. iij. col. & ibi Frã. de curte iunior. Sed tñ ꝑ senten. scđm And. de ysernia. i. c. j. q̃liter dñs ꝓprietate priuet̃. ¶ Vide de hac q̃one Boeriũ in cõsuetu. Bituricen. titu. de cõsuetudine feu. in. §. xj. in fi. glo. & ibi ponit qđ dñs põt cogi p̃cisẽ ad inuestiendum vasallũ.

☞ ADDITIO. Aduerte ꝙ licet dñs, & vasallus iudicent̃ ad paria, & qđ dispositũ est in vno habeat locũ in alio, vt dicit Aluaro. in. c. j. §. pterea. in. ij. notabili. qd fit inuestiturà. & facit text. in c. j. de forma fideli. circa finẽ. & canonizat̃. xxij. q. v. c. de forma. Tamẽ istud fallit in. xv. casib⁹ quos ponit Matthæus de Afflictis in decisio. Neapolitanis in sua decisione. cclxv. q̃s vide, quia sunt multũ notabiles. *

ADuerte etiam ad regulã Bald. & Francis. de curte. in. c. j. §. fi. qui feudum dare possunt. Facit doctrina Feli. in. c. cum non ab homine. extrà de iudi.

34 ITEM †q̃ro, an ꝑ ista renouatiõe inuestituræ debeat solui laudemia? Frãci. de curte. i. c. j. q̃ fuit prima cau. bñficij amit. in fine dicit qđ nõ: †qa renouatio inuestituræ nõ est alienatio. alleg. Bal. in. d. c. q̃ in ecclesiarũ. extrà de cõstitutio. †sed si vasall⁹ alienet in aliũ, tũc tenet̃ soluere laudemiũ. & dicit ꝙ istud põt decidi ex illo qđ dicit̃: †ꝙ de feudo ad emphyteusim bonũ est argumẽtũ. Sed qñ quis alienat emphyteusim tenet̃ soluere laudemia. l. fin. C. de iure emphyteu. tu dic ꝙ in hoc nõ est bonũ argumentũ: sed est in hoc differentia: qa alienãdo emphyteu. dñs p̃fertur quibuscũq;. d. l. fi. secus in feudo. textus in. c. j. §. porrò. q̃liter olim feudũ poterat alienari: an autẽ pro renouatione feudi in ꝑsonã filiorũ debeat solui laudemiũ: vide Bald. in. c. quæ in ecclesiarũ. in. xij. colũ. extrà de constitu. & Alexã. in consilio. v. incipien. si vera sunt ea. in. ij. col. in. v. vol. vbi dicunt ꝙ non. 35 36 37

38 NVnquid autẽ †dñs possit cogere vasallũ vt det ei instrumentũ feudi. vide Bal. in. l. instru. C. de fideiusso. dñs Ias. pceptor meus in. l. ij. in. lxxxij. col. C. de iure emphyteutico. vbi ponit etiã de barone nũquid debeat ostẽdere titulũ suæ possessiõis. vide etiã eundẽ do. meũ Ias. in. l. si legatũ. ff. de edẽdo. ¶ Aduerte ad notabilẽ casum in quo qs cogit̃ edere instrumentũ cõtra se ꝑ dño, scilicet qñ dñs dicit rem suã censualẽ aut emphyteuticã fuisse venditã, ratione cui⁹ venditionis p̃tendit ius laudemiorũ, aut retractus, aut aliud ius. nã tũc isto casu cogit̃ edere instrumentũ emptionis & vẽditionis rei cẽsualis venditæ: vt in terminis dicit Bal. in. l. q̃ quisq;. §. editiões. ff. de edẽ. in. iiij. col. ibi, ecce quartũ exemplũ: & istud quotidiẽ practicat̃ in curijs nostris: & vide q̃ dicit Io. Fab. in. §. ꝑiudiciales. in. viij. colũ. ibi, sed qd si

39 nihil. institu. de actio. vbi dicit †ꝙ dñs cẽsualis vel redditualis põt cogere & cõcludere cõtra censatariũ. vt eidẽ litera de cõtractu reddit⁹ ꝑ. l. sicut data. C. de libe. causa. ¶ Vide Specu. tit. de emphyteusi, versi. cxlj. & adde etiã aliũ casum in quo quis tenet̃ edere instrumentũ, quando scilicet qs in suo libello facit de eo mentionẽ, quia tunc tenetur edere parti anteq; respondeat suo libello. vt tenet dñs meus Ias. in. l. j. §. edenda. ff. de eden. vbi tenet ꝙ

net ꝙ ſi pars noluit exhibere, iudex poteſt pronunciare quòd tali inſtrumento nunꝗ̄ fides adhibeatur.

ADuerte tamen ad prædicta quę dicta ſunt in hoc. §.ꝙ domin⁹ ad hoc vt faciat fructus ſuos debet de iure aliqua probare.de quibus per do.Cardi.Alex. in.d.c.j.§.j.in vltima colum.in tit.quæ fuit prima cauſa beneficij amitten.

§.ſecundo.

ET entant que touche les pupilles, leurs tuteurs ſeront tenuz de faire recognoiſſance de la choſe feodale au ſeigneur du fied dedans le terme d'ung an:ſans eſtre tenu de faire hōmage et ſermēt de feaulte:aultrement ledict an paſſe, le ſeigneur du fied pourra mettre en ſa main la choſe de ſon fied:et faire les fruictz ſiēs pour faulte de ladicte recognoiſſance. Et quāt leſdictz pupilles ſerōt hors de tutelle, ilz ſerōt tenuz de faire hōmage & ſerment de feaulte audict ſeigñr dedās ung an apres ladicte tutelle finie. Et ſ'ilz ne le fōt, ledict ſeigneur dudict fied, pourra aſſeoir et mettre en ſa main la choſe de ſon fied, & faire les fruictz ſiēs iuſques debuoir de fied luy ſoit faict, cōme dict eſt.

IDEM in comitatu Niuerneñ. §.j.ibi: (Et entant que touche les pupilles) in titu. (Des fiedz.)

Minor xiiij.an. ſi nō petierit renouationē iueſtiturę nō priuatur feudo.

1 ¶†De iure em̄ minor.xiiij.annis, ſi non petierit renouationē inueſtituræ non priuatur feudo.textus eſt in.c.j.§. præterea.de prohibi. feud.aliena.ꝑ Federicum.& notatur per glo.in.c.ſi minori.ſi de feudo fuerit cōtrouerſia.& notatur per textū glo.& doc.in.c.j.in verſi.infantia. in titu.quo tempore miles.Et ita dicit & tenet Alex.in conſilio.ſuo.lxxix.in penul.col.in.j. volumine. vbi plura allegat. Et aduerte

2 †ꝙ minores.xiiij.annis nō tenentur iurare.c.paruuli.& c.pueri.xxij.q.v.¶Quis aūt dicatur pupill⁹, vide.l.pupillus.in prin.ff.de verbo.& re.ſig.

Infans quis.

3 †& qs dicaẗ infans, & diciẗ minor ſeptennio: vt habeẗ.in.l.ſi infanti. C.de iure deli.& in.l.ſi infans.ff.de verbo.ſigni.

Quis pupillus.

4 †Et pupillus maior ſeptennio vſq; ad pubertatē.xxij.q.v.c.pueri.& notaẗ in.c.pueri.j.q.j.

5 †Et impuberes qūo cognoſcanẗ. vide Ioā.Fab.Chriſtofo.porcum & in alios inſti.quib. mod.tute.finiaẗ.in princ.& Panor.in.c.puberes.de deſponſa.impuberū.¶Et vide Boerium in tit.de conſue. iuris ſtatus perſo.§.viij.in glo.j.&.iij.§.x.in glo.j.

VIdetur ꝙ iſta cōſuetudo ſit cōtraria quodammodo cōſuetudini pręceden.ꝗa in conſuetudine pręcedenti dicitur qđ dn̄s facit fructus ſuos cōtra non petentes inueſtiturā quæ ſunt extra pupillaritatē, hîc verò etiā dicit ꝙ ſi ſint in pupillaritate, & tutores eorum non petierūt inueſtituram, ꝙ etiā priuantur fructibus. ¶Aduerte ꝗa iſtę duæ cōſuetudines faciunt differentiā an pupillus habeat tutorē, aut non. Nam ſi nō habeat tutorem, & non petierit inueſtituram, dn̄s non poterit facere fructus ſuos:vt per cōſuetudinem pręcedentem: per argumentū à cōtrario ſenſu, qđ eſt validum.l.j.vbi do.meus Iaſ.ff.de offici.eius cui manda.eſt iuriſdi.

Pupillo tutorem hn̄ti currit tēpus ſicut maiori.

6 SI verò †habuerit tutorem:tūc ei currit tempus, ſicut currit maiori.Ita vult hæc cōſuetudo noſtra. Et iſtā differentiam etiā tenuit Ia.de bel.viſu.ſentiendo ꝙ tex. in.c.j.in verſi.infantia.in titu.quo tēpore mi.non habet locū in pupillo habente tutorem. arg.d.§.p̄terea.&.§.ſi minori.in tit.ſi de feu.defuncti fue.cōtrouer.&.c.ſi quis deceſſerit. & arg.l.ſi infanti. C. de iure delibe.&.l.ſancimus.C.ad trebel.licet do. Bal.in.d.c.j.quo tpe miles.tenuerit cōtrariū.ſ.ꝙ quo ad priuationē ſui iuris propter negligentiā.Idē eſt de pupillo nō habente tutorē & habente, cū ex ſe ignoret oīa.argu.l.fi.ff.rē pupil.ſal.fo.Et idem videẗ dicere And.de yſernia in.d.§.præterea.

ET idem dicendū eſt in adulto, ꝗa ei currit tēpus.d. §.p̄terea.etiā ſi habeat curatorē:ſed dānum debet redundare in curatorē, niſi reſtituaẗ. arg.l.ij.C.de fund. patri.& in auẗ.de trien.& ſemiſ.§.ſi verò lis.vel minor reſtituetur.arg.l.iij.§.pe.ff.de rebus eorum.

An minor.xxv ann. feudo propter non petitionem inueſti. priuatus reſtitui debeat.

7 NVnquid †aūt poſſit reſtitui minor.xxv. ānis maior.xiiij.ſi nō petierit inueſtituram infra annū & diem.glo.in.c.j.§.pręterea.in ti.de ꝓhibita feudi aliena. per Federicū.ſub dubio reſpondet fortè ꝙ ſic:& ita etiā ſub dubio reſpōdet Hoſtien.in ti.de feudis.§. qb⁹ modis ſeu cauſis.verſi.ſed nūquid minor.tu dic ꝙ infallenter venit reſtituēdus ſcđ'm Iaco.de bello viſu, Andr.de yſernia, Petrū de ceruida. Aluaro.& Præpoſitū in.d.c.j. §.præterea.vbi oēs cōcludunt ꝙ venit reſtituendus, eo ꝙ eoipſo ꝙ nō petit inueſtiturā infra tēpus eſt læſus,& ideo eſt reſtituēdus per.l.interdū.ff.de minoribus. &.l. emptor.C.in qb⁹ cauſis reſti.in integrū nō eſt neceſſa. & hoc idē tenuit Iacobinus ardizon i ſumma, quibus modis feudū.ſub rubrica illa, an præſcriptio āni & diei maiori.xiiij.annis ꝑ.l.maiorib⁹. C. de in integrū reſtit. minorū.idē tenet Alex.in cōſi.lxxix.circa prin.de quo q̄ritur in pen.col.j.volu.nec obſtat.l.fi. C. in qbus cauſis in integ.reſtitu.nō eſt neceſſaria.vbi minor ip̄o iure ſeruaẗ illæſus aduerſus curſum tpis.& abſq; bn̄ficio reſtitutiōis:quia illa lex tollit ſolū p̄ſcriptiōes veteres inductas añ ipſam legē:non aūt tollit p̄ſcriptiones inductas poſt dictā legē per leges & cōſtitu.nouas, vel conſuetudines ſeu ſtatuta municipalia: vt tenet Inno.in.c. cōſtitutus.extrà de ī integrū reſti.vñ in hoc caſu currit p̄ſcriptio, ſed daẗ reſtitutio ſcđ'm gl.in.d.§.p̄terea.& tenet Spe.ī tit.de integrū reſti.§.j.ver.hoc aūt no.& verſi. ſed ī minore, facit.l.ſine hęrede.§.luci⁹.ff.de adminiſtra. tuto.& hāc opinionē ſecuti ſunt Ang.Bald. & Guido de ſuzaria.Oldra. Albe.de roſate, & Raphael.ī.d.l.fi.& Hoſtieñ.in ſumma de in integrū reſtitu.§.in quibuſdā. ver.p̄ſcriptus.quicquid dicat ibi Bar.qui nō approbaẗ ꝑ modernos, prout dicit Aluaro.in.d.§.p̄terea.tñ dicit Præpoſitus in.d.§.p̄terea.ꝙ ſi quis velit ſuſtinere Bart. pōt dicere ꝙ hîc in hoc caſu ſit ſpeciale, ex quo ꝓceſſit expreſſè de minore diſponēdo:vt currat cōtra eum talis p̄ſcriptio, ne reſultaret iniquitas, qđ facilitate lædaẗ, cum lex expreſſè auferat beneficiū reſtitutionis ſeruatur illęſus.per illud bn̄ficium reſtitutionis cōmunis:tamen eſt cōtra Bar. & ita etiam cōtra Bar.tenet Bal.in.l. cum notiſſimi.C.de præſcri.xxx.vel.xl. anno.& etiam Alex.in conſi.ſuo.xxxj.in.v.volumi.

Qñ præscriptio currat cõtra minorem.

8 ADde † qñ præscriptio currat cõtra minorẽ maximè quãdo est statutaria, siue sit annalis: vt est illa de qua in tit. (des iustices) suprà descripto. §.vij.& etiã vt est illa de q̃ i.c.j.infrà (des retraictz) siue decennalis: vt est illa q̃ est infrà in titu. (des censes). §.fi.& in titu. (des mainsmortes). §.fi. siue sex mensiũ, aut quinq; annorũ, aut aliæ similes de qbus feci mentionẽ.ĩ.§.penul.harũ cõsuetudinũ, siue sit tricennalis: vt est illa de qua in d.§. dic q̃ oẽs præscriptiones introductæ per cõsuetudines nostras, & sic post.l.fi.C.qb⁹ ex cau.maio.currunt contra minores. Claudius de aquis in.l.naturaliter.vltima, post Roma.ff.de vsucapio.& Præpositus & Aluaro.in

Statuta arctant etiã minores.

9 loco hic añ allega. † nã statuta & cõsuetudines arctant etiã minores. Tex.in.l.si sine hęrede.§.lucius.ff.de admi. tuto. Notat Ange.in.l.si plures.ff.de pactis. Alexan.in cõsi.xxxvij.incipiẽ. Consideratis his in.ij.col.in.iiij.volumi. Et hãc materiã disputauit Bar.in.d.l.fi.C.quibus ex cau.maio. Et Innoc.& Panor.in.c.constitutus.extrà

Terminus iudicialis.

10 de resti.in integrũ. ¶ † Itẽ etiam p̃scriptio termini iudicialis currit cõtra minorẽ: vt in tẽpore triennij quo durat instantia causæ principalis: qa illud tẽpus currit minori: & nõ datur restitutio nisi ĩ subsidiũ, tutore vel curatore existẽte non soluẽdo.l.properandũ.§.pen.& ibi plenè notat.ff.de iudi. Notat Bar.in.d.l.fi.in.vij.oppo

Instãtia statutaria.

11 sitione. † Idẽ est in instãtia statutaria: qa illa subrogatur loco instãtiæ iuris cõis, & ei⁹ naturam imitatur. Notãt cano.in.c.de causis. de offi.deleg. Io.and.ĩ tit.de appel. §.nũc breuiter.versi.licet aũt. Alex.in cõsi.xlij.incipi.In causa & lite vertẽte inter Christophorũ.in.j.colũ.in.iij.

Temp⁹ appellationis.

12 volu. † Quid de tp̃e appellatiõis interponendæ qd' est per nr̃as ordinationes illico: & renũtiandæ, qd' est infra decẽ dies, & releuandæ, qd' est infrà quindecim dies, & executiõi demãdandæ: qd' est infra q̃draginta dies. Dic q̃ currũt contra minorẽ: sed datur restitutio, etiã tutore & curatore existẽte soluendo: cũ maius sit in hoc preiudiciũ minoris, cũ ex toto pereat ius eius: qd' non est in prima instãtia. Hoc patet in.l.j.&.ij. C.si sæpius in integrũ resti.postu. vbi loquitur de tp̃e appellandi, qd' currit minori, & dat̃ restitutio: vt ibi. Et in.l.& si fine.§.penul. ff.de mino. notat Bar.in.d.l.fi.& Bal.in.d.l.j.C.si sæpi⁹.

Termini iudiciales.

13 † & gñaliter termini & p̃scriptiões iudiciales currũt minori & ecclesię salua restitutiõe. Tex.est in.c.auditis. & ibi gl.& Panor.& in.c.corã.de restitu.in integ. siue etiã sint dati à iudice. Pau.in.d.l.fin. C. qb⁹ ex cau.in.ij.col. & Bar.in.vij.opposi.& Bal.in.d.l.ij.C.si sæpi⁹ in integ. restitu.& in.l.cũ notissimi.ĩ princ. C.de p̃scrip.xxx.vel

Tp̃s datũ hæredi ad cõficiendũ inuentarium.

14 xl.anno. ¶ Itẽ dic q̃ tp̃s datum seu statutũ hæredi ad cõficiendũ inuentariũ, currit pupillo & minori, licet post restituat̃: vt tenet gl.in.l.auxiliũ.in princ.in verbo, cessabit.ff.de mino. Tex.est in.§.pupillus.in aut̃.de hęredib⁹ & falci. Dñs me⁹ Ias.in.l. p̃perandũ.§.fi.in.ij.notabi.C.

15 de iudicijs. ¶ † Itẽ tẽpus datũ ad opponendũ exceptionẽ non numeratæ dotis currit minori. aut̃.si minori, C.

16 de tẽpo.in integrũ restit.petẽde. ¶ † Itẽ tempus datũ ad petendũ bonorũ possessionẽ de iure p̃torio. vt in.§.fi. institu.de bono.pos. vt tenet Bar.in.d.l.fi.in vlti.colũ. versi.expedit⁹ de gl.qd de p̃scriptiõe statutaria.xxx.annorũ.dicam.ĩ.in.§.penul.harũ cõsuetudinũ. ¶ Qñ verò cõsuetudo liget minores. vide Boeriũ ĩ cõsuetudini. Bituricẽñ.titu.de p̃scriptionib⁹.§.j.in gl.an cõtra mino

Minor læsus in

17 rem.& ibi ponit qñ p̃scrip.currit cõtra minorẽ. ¶ Et qd debeat exprimere minor ĩ restitu.qñ dicit se læsum, qa debet dicere, se læsum sui facilitate, vel dolo aduersarij, aliàs nõ p̃cedit restitutio, sec⁹ si dicat se circũscriptũ, vide Matthæũ de Afflictis in cõstitu.regni Siciliæ, q̃ incipit, minorũ iura.in.iij.nota.in.ij.lib.& in.iiij.notabili. ponit qd' in delictis eis nõ subuenit̃. & in.vij.an minores ligẽtur cõsuetudinib⁹ patriæ, vbi dicit qd' sic, p tex. in.l.sine hęrede.§.lucius.ff. de administra.tutorũ. & in viij.notabili ponit q̃ succurrit̃ eis in huiusmodi petendis inuestituris, sed ibi de iure: sed apud nos in Gallia sunt diuersæ cõsuetudines quæ p̃uident minorib⁹, vt in cõsuetudine Parisieñ.in tit.(des fiedz.) arti.xxviij.& xxix.in balliuatu Meluneñ.minor nõ põt tenere feudũ nisi masculus sit.xx. annorũ. fœmina verò.xv. In balliuatu Senonẽ. est titulus exp̃ssus prouidẽs minoribus, in titul.(de bail,& garde denfansmineurs) vbi sunt noue articuli qbus prouidetur minorib⁹, & sic de alijs: quas videre poterit vnusquisq; suo loco. Sed deficientibus cõsuetudinib⁹ aduerte ad id qd' hic in hac cõsuetudine dixi. Et aduerte etiã qd' idem Matthæus in dicto loco, in gl.fi.in fine. dicit qd' minor etiã restituit̃ aduersus venditionẽ rei immobilis, etiã si in vẽditiõe interuenerint solennitates à iure reqsitæ, etiã si interuenit decretum iudicis dũmodo appareat de læsione. Et ibi ponit nouẽ requisita in talib⁹ solẽnitatibus q̃ hic insero, summariè pro practica iuuenum. ¶ Primò qd' subsit causa vrgens. ¶ Scd'ò qd' debitũ pupilli nõ possit satisfieri ex bonis mobilib⁹ pupilli, & ibi qd' possunt vẽdi pro alimẽtis pupilli. ¶ Tertiò qd' liqueat iudici de p̃dictis per discussionẽ bonorũ ipsiuspupilli, & sic debet apparere ex actis, immò debet p̃cedere interlocutoria iudicis qd' nõ extant mobilia. ¶ Quartò qd' vendat̃ res minus dãnosa pupillo. ¶ Quintò qd' pro paruo debito nõ vendatur res magna. ¶ Sextò qd' interueniat subhastatio. ¶ Septimò qd' interueniat tutoris, & curatoris autoritas. ¶ Octauò qd' interueniat decretũ iudicis dicẽtis in decreto dictã venditionẽ esse faciendã, & iõ interponit decretũ suũ. ¶ Nonò subscriptio iudicio ĩ decreto. allegat Fabianũ iam prædicta ponentem, quẽ vide. *

17 SED iuxta † nr̃am cõsuetudinem q̃ro: minor vigintiquinq; annis restituit̃: vt hic antè dictũ est: nunqd restitutio trahet̃ ad fruct⁹ perceptos p dñm: nã ista q̃stio ẽ necessaria: qa scd'm cõsuetudinẽ nr̃am nõ fit p̃iudiciũ nisi in fructib⁹: & iõ si non prodesset in fructibus nõ esset opus restitutiõe, cũ in alio nihil p̃desse posset. Et ista causa esset multũ vrgẽs ad tenendũ q̃ dicta restitutio operari debet, quo ad fruct⁹ etiam perceptos.

18 ADuerte † ad vnã singularem doctrinã nunquid in gñali restitutiõe veniant fruct⁹. De qua per dñm meũ Ias.in.l.gallus.§.& qd si tm̃.in.x.col.ff.de liberis & posthu.& in.l.fi.in.iij.col.ff.de cõsti.pricipũ satis plenè dixi.s̃.in tit.(Des iustices & droictz dicelles).§.(Si aulcun cõmet simple larrecin.) in gl.in tex.ibi: (sil na grace du prince.) versi.limita tñ prædicta inquantum dixi.

ADuertendũ est q̃ in casu nostrę cõsuetudinis dñs qui facit fruct⁹ suos ratione inuestituræ nõ petitæ facit eos suos ea rõne: qa ex quo dñs habet p̃prietatẽ, si vtile dominiũ, qd' est penes vasallum, reuertat̃ ad dñm, cõsolidatur cũ proprietate: ita q̃ dñs dicit̃ partid pare nõ ex aliena re fruct⁹, sed ex re sua p̃pria: & iõ non tenet̃ tales fructus cõputare in sortẽ. Ita Panormi.in c. at si clerici.extrà de iudicijs.& in.c.j.extrà de feudis. Nã ex quo dicit Panormi.in.c.at si clerici. q̃ si dominus habuerit

buerit feudũ vasalli in manu sua, nõ tenet̃ fruct⁹ computare i sortẽ ea rõne: qa vtile dñium cõsolidat̃ cũ proprietate; put. s̃. dixi in. c. p̃ceden. i gl. ibi, in text. (Et faire les fruitz siẽs.) Scd'o est nũc doctrina Bal. & Ange. in. l. emptor. ff. de rei vẽdica. Bal. Imo. & Alexã. in. l. domos ff. de leg. j. Bal. & Imol. in. l. insulã. §. fruct⁹. ff. solu. matri. Alex. cõsi. cxxiij. incipiẽte. Discussis hęsitationib⁹ i vlti. col. in. j. volu. dicentiũ, q̃ vbi fruct⁹ veniunt rõne dominij trãslati: licet aliq̃liter tale dñium sit resolubile, fruct⁹ pcepti non cõpensantur cũ melioramẽtis: per gl. singulare in dicta. l. emptor. imò singulariter & in specie, & multũ bene ad ppositum: si bene aduertat̃ ad ei⁹ dicta Franciscus curti⁹ qui fuit præceptor me⁹ & est modernus: in cõsi. suo. vj. inci. Præsupponit̃ in ciuitate Papiæ adesse statutũ. in vlti. col. i fi. qd' quidẽ consiliũ est post tractatũ suum feudorũ dicit, q̃ ex q̃ alicui⁹ rei trãslatũ est dñium apud aliquẽ, licet sub cõditione veniat restituendũ: q̃ si ex dicta re detur restitutio, talis restitutio nõ extendit̃ ad fructus iã perceptos. Cogita ex p̃dictis quid dicẽdũ sit in casu nostro: qa in hoc oppido Tholoni fui iterrogatus vbi me retraxerã ppter pestem regnantem in ciuitate Heduẽ. hoc mẽse Augusto, anni 19 domini M.cccccviij. ¶ Hoc † anno dñi M.cccccxix. me existẽte in oppido yssiaci episcopi, q̃ est locus meæ natiuitatis vbi me retraxerã propter aliã pestẽ hoc anno regnantẽ in prædicta ciuitate Heduẽ. nonnullas additiones ad has meas cõsuetudines ex dictis Boerij, Sanxon, & Pyrrhi, (quos vsq; in anno dñi. M.cccccxviij. nõ videram) feci, secundũ quòd videri potest in illis.

Autoris huius libri p̃ria.

☞ ADDITIO. Etiã hoc ãno dñi M.ccccc.xxxj. me existẽte in hac ciuitate Parisieñ. vbi rex me vocauit in cõsiliarium parlamẽti Parisiensis inueni Matthæũ de Afflictis, consilia & practicã causarum criminaliũ Hippolyti de Marsilijs, & consilia Bertrandi, ex quibus multa addidi ad hęc nostra cõmẽtaria, & maximè ex dictis Matthæi de Afflictis, quę sunt satis vtilia in practica. *

10 ADde tamẽ † q̃ qñ restitutio est de iustitia: puta in casu nostro cũ iure pmittente concedat̃, & nõ de gratia: semp venit restitutio fructuũ. tex. est in. c. grauis. extrà de restitu. spolia. & in. l. videam⁹. §. in fauiana. ff. de vsuris. Inno. & Panor. in. c. venerabili. in. j. notabi. de offi. delega. Roma. consi. cccclilij. Et ista dicit & allegat Frãcis. curtius antiquior, q̃ fuit auuncul⁹ Frãcisci curtij iunioris in cõsi. lxxj. in additiõe quadam quę est in fine illius cõsilij, quæ incipit. Maximè cũ restitutio. Quod consiliũ pro materia restitutiõis fructuũ est vidẽdũ, & 11 literis aureis signandũ. † Dicit̃ hìc de pupillo, qd si mulier aliq̃ habuerit maritũ furiosum aut aliàs absentẽ: qui nõ vult aut non põt, qui tñ tenetur facere homagiũ, an mulier hoc casu priuet̃ fructib⁹ sui feudi, dic q̃ nõ si fecerit, & qd' in hoc casu facere põt: vt tenet i terminis Io. fab. in. §. fuerat. in. j. col. i stitu. de actio. ¶ An tutor teneatur recipere iueſtituras aliorũ, seu an possit, vide Boeriũ in cõsuetu. Bituriceñ. titulo. de cõsuetudine iuris status personarum. §. xij. in glo. hęc cõsuetudo est generalis.

In textu ibi

Sans estre tenu faire hommage.

Tutor prestare põt pro

1 ADuerte † tñ q̃ si velit facere iuramentũ fidelitatis, & præstare pro pupillo, potest: vt tenet Aluaro. quem cõiter sequunt̃ feudistæ. in. c. si minori. in tit. si de feudo defuncti. fue. cõtrouer. pro hoc faciunt nota. Per Bal. in. c. j. §. nullæ. in ti. per quos fiat inuestitura.

pupillo fidelitatem.

NAm in omni feudo semper est petẽda inuestitura, per quos fiat iuestitura. §. nulla. & c. j. quæ fuit prima causa benefi. amitten. & c. j. quo tempore miles. nisi in casibus positis in dicto. c. j. quo tempore, & quos suprà posui in. §. j. scilicet. Aduerte quia in omnibus casibus in quibus requiritur inuestitura, non requiritur fidelitatis præstatio seu iuramentum.

2 PRimò enim in pupillo seu ĩpubere. † qa licet impubes teneat̃ petere inuestiturã, non tñ tenetur præstare iuramentũ. Ita dicit & ponit Aluaro. in. c. j. §. nulla. in tit. p q̃s fiat inuestit. vbi ponit quosdã alios casus, q̃s supra posui in. §. p̃cedẽti. Et de isto est tex. ad lrãm. in c. j. §. si minori. i ti. si de feu. fue. cõtrouersia. & etiã ei⁹ tutor, licet teneat̃ petere iueſtiturã: non tñ cogit̃ præstare iuramentũ. Ita tex. ibi. ¶ Quid operat̃ inuestitura. Boerius in cõsuetu. Bituriceñ. ti. de cõsuetudine feu. §. iij.

Impubes non cogit iurare.

EXtende primò i pupillo etiam doli capace: prout tenet Aluaro. in. d. §. si minori. in. j. colum. & post eum Præpositus.

3 EXtende secũdò etiã i pupillo nõ doli capace, † qui volẽs non admitteret̃: qa iuramentũ debet habere comites. De quib⁹ in. c. & si xp̃s. extrà de iureiurãdo. in aut̃. qd' dicitur. p gl. de nuptijs. & iter eos comites est discretio, q̃ nõ cadit i tali. c. ij. extrà de delic. puero. iõ nõ admittit̃ ad iurandũ si vellet: & ideo idẽ & multomagis dic i infante: cũ in iuramẽto verba reqrant̃, vt in. §. sed neq; in aut̃. de mãda. pricipũ. colla. iij. sed infans nõ põt verba pferre. l. j. in prin. ff. de verbo. obli. Facit tex. i 4 c. j. quo tẽpo. mi. † secus tñ est in pupillo doli capace, q̃ licet non cõpellatur iurare, admittit̃ tñ volens. l. qui iurasse. ff. de iureiurã. & interpretãda sunt dicta Aluaroti prout ea itellexit Cardi. Alex. in. d. §. si minori. & ibi di5 cunt docto. † q̃ etiã tutor pupilli licet nõ cogat̃ iurare, admittit̃ tñ volẽs. De quib⁹ oibus supradictis plenissimè, vide Iacobi. de sancto Georgio i tractatu suo feudorum. in verbo, qui qdem inuestiti p̃stiterunt iuramẽtũ fidelitatis. in. xxiij. fo. in. vj. colũ. illi⁹ verbi. ¶ Et de hisvi de Boeriũ in consuetu. Bituricẽ. ti. de cõsuetudi. feudi. §. xiij. & xvj. Et aduerte ad gl. in. l. sequit̃. §. j. ff. de vsuca. q̃ 6 dicit † q̃ filij Normanorũ & Italorũ sunt doli capaces. in. xiij. anno. & vide eundẽ Boeriũ in dictis consuetu. ti. de consuetu. iuris status personarum. §. xj. in glo. fi.

Pupill⁹ non doli capax et volẽs nõ admittit̃ ad iuramentũ.

In textu ibi

Faire recognoissance.

1 QVia in hoc. §. & in. §. præcedẽti dicitur † q̃ inuestitura est petẽda: quæro q̃liter est petẽda: Glo. nota. in. §. nulla. p quos fiat inuestitura. ponit modũ petẽdi: & dicit notabiliter, q̃ vasall⁹ debet honorificæ adire dñm, & cũ curialitate & hũilitate petere iuestiturã in p̃sentia pariũ, vel aliorũ q̃ scd'm formã cõsue. & iuris feudalis dñt interuenire in inuestituris fiendis, put notat̃ in. c. j. i prin. qd sit inuestitura. Et in ti. q̃ testes sint necessarij ad pbandũ nouam inuestiturã feudi.

Inuestitura qualiter sit petẽda.

2 ET forma petẽdi erit talis: videlicet † vt dicat ipe vasallus. Dñe mi peto cũ omni debita reuerẽtia qua possum iuestiturã talis feudi mei qd' à te teneo & possideo: & hoc si est iuestitura feudi antiqui: & si est iuestitura feudi noui, dicat talis. Feudũ qd' à te possidere debeo. & postea subiũgat ista verba. Et fidelitatẽ tibi face-

Forma petendæ iuestituræ.

re sum parat⁹, & polliceri cōtra oēm: excepto rege nr̄o, qui dicit̄ imperator in suo regno: & exceptis anterioribus dn̄is meis, si tn̄ p̄dictaverba de fidelitate pollicēda & p̄standa nō exprimant̄ specialiter p vasallū, sed simpliciter dixerit, postulo iuestiturā mei recti feudi, q̄ hoc sufficeret: cū ipsa fidelitas tacitè subintelligat̄. ita tenet gl. in d. §. nulla. & tenuit Aluaro. & Cardi. Alex. i. c. j. in prin. in. j. q̄ōne. de capit. coradi. & i. c. j. in prin. q̄ fuit prima causa bn̄ficij amit. & dixi. s. in. §. p̄cedē. ¶ Formam fidelitatis ponit Ioā. Sanxon in cōsuetu. Turon̄. tit. (Comment hōmage se doibt faire à son seigneur.) arti. j. fo. lx. & lxj. Et Boerius in cōsuetudi. Bituricen̄. titu. de cōsuetudine feudi & cens. §. iij. vbi facit differentiā inter nobilem & ignobilē, quomodo debeant facere homagiū.

In textu ibi

Faire hommage et serment.

Cōtenta in dicto iuramē to.

1 Qvæ autē contineantur in iuramento fidelitatis. tex. in. c. j. de noua forma fidelitatis, dicit † q̄ in p̄dicto iuramento cōtinent̄ infrascripta. s. incolume, tutū, honestū, vtile, facile, & possibile, & de effectu istorū verborū, vide do. Iaco. de sancto Georgio in tracta. suo feudorū: i verbo, q quidē inuestiti p̄stiterunt iuramen. fidelitatis. in. xxiij. fol. in. iiij. col. illi⁹ verbi.

☞ ADDITIO. Vide declarationē istorum per Matthæū de Afflictis in sua decisio. cclxv. nu. iiij. vsq; ad numerū. xlvj. * ¶ Ista scilicet ponit Ioā. Sanxon in cōsuetu. Turon̄. tit. supradicto articu. j. fo. lxj. vbi prædicta exponit scd'm tex. in. c. de forma. xxij. q. v. & ibi ponit † q̄ iuramētū non pōt p̄stari p
2 pcuratorē, recipi verò sic. Quid aūt qn̄ lex vel statutū reqrit q̄ qs iuret ppria manu, vel pprio iuramēto. vide Alexā. i. l. q bona. §. si alieno. Adde ad p̄dicta Pyrrhū ☞ in cōsue. Aurelian̄. ti. de feudis capi. lxxvij. ¶ Aduerte etiā q̄m vt dicit Matthę⁹ de Afflictis in cōstitu. regni Sicilię, q̄ incipit, statuimus. q̄ est in. xxxvij. rubri. in. viij. nota. qd' iuramētū phorrescētiæ de q̄ in. c. statutū de rescriptis. i. vj. debet p̄stari in psona, & nō per pcuratorē: cū dicat tex. pprio iuramēto, vt dicūt ibi Dn̄icus & Archidiaconus, & ita cōsului in cōtingētia facti pro rege Anglię. & vide eundē Matthæū in cōstitutio. q̄ incipit, dn̄i à vasallis in. ij. quæstiōe primi notabilis. vbi ponit qūo iuramentū possit præstari per procuratorem. *

Iuramē tū phor rescentię cui præ stari de beat.

Iuramē tū an pos sit p̄stari p procu ratorē.

3 AN autē † iuramentū fidelitatis possit p̄stari p procuratorē. Bal. in. l. j. i. lvj. q̄ōne. ff. de rerū diuisi. dicit q̄ nō, nisi sit vniuersitas. p ea q̄ dicit Specu. in tit. de feudis ad finē. & itelligit̄ q̄ vniuersitas p̄stet iuramētū rōne feudi, nō aūt rōne iurisdictionis: qa tūc singuli debent p̄stare personaliter. Bal. in. l. j. §. ne aūt. C. de cadu. tol. vbi videt̄ dicere cōtrariū his q̄ dicit in dicta. l. j. ff. de
4 rerū diui. dic tn̄ † q̄ licet possit vasall⁹ præstare tale iuramentū per pcuratorē, tn̄ dn̄s non cogit̄ suscipere: vt tenet Pau. de ca. in consi. suo cccxxiij. incipien. laudatio & inuestitura in alijs cōsilijs antiquis in ipressione noua: & ita est cōsuetudo p̄posituræ Parisien̄. s. si vasallus dedit pcuratori suo speciale mandatū ad hoc: sed puto q̄ malè dixerit in. d. l. j. ff. de rerū diuisio. p tex. in. c. j. sed vtrū. in ti. p quos fiat iuestitura: vbi est textus ad literā q̄ inuestitura pōt accipi p interpositā personā, hoc est p procuratorē. ¶ De materia tn̄ videndū est plenissimè per Iacobi. de sancto Georgio in tractatu feudorum. in verbo, qui qdē inuestiti præstiterunt iuramentū fideli-

5 tatis. in. iij. colū. vbi dicit q̄ opinio cōmunis est † q̄ tale iuramētū possit p̄stari per pcuratorē: & ibi ponit quādā limitationē: & etiā ponit de multiplici iuramēto. & vide etiā de multiplici iuramēto Francis. curtiū in repetitiōe. l. admonēdi. ff. de iureiurā. sed aduerte qa requirit̄ spāle mandatū scd'm Bal. in. §. nulla. in. j. col. in titu. per q̄s fiat inuestitura. ¶ Vide Boeriū in consue. Bituricen̄. ti. de cōsue. feu. §. x. in gl. an vasallus possit inuestire.

QVod & q̄le iuramentū possit p̄stari per pcuratorē: & in qbus requirat̄ procuratoriū speciale aduerte: qa Bar. in. l. q bona. §. si alieno. ff. de dāno infec. ponit de q̄tuor iuramētis, & ad illū recurrēdū est, qa planè dicit, & in hoc iuramento requirit̄ speciale mandatū, vt hîc antè dixi: & tenet Iacobin⁹ in loco hîc antè allega. & tex. & cano. i. c. fi. de iura. cal. in. vj. ¶ Adde q̄ dicit idē Ioā. Sanxon. in loco hîc antè allegato. fo.
6 lxv. in. xxxvj. cōclusione. Et aduerte † q̄ istud homagiū pōt fieri marito pro feudo vxoris. bonū est tn̄ in receptione homagij qd' mulier cōsentiat: vt dicit Boerius in cōsuetudi. Bituricen̄. titu. de cōsuetudine feud. & cēsus. §. viij. & dixi suprà hoc eo. ti. §. j. in glo. (A la psone du seigneur.) in additiōe ibi posita. ¶ Aduerte etiā, qa M. Anto. baueria in suo tractatu de effectib⁹ iuramēti. ar-
7 ticu. liij. † ponit ista q̄tuor iuramenta q̄ requirūt speciale mandatū. s. in iuramēto calūniæ, in iuramēto litis decisorio, in iuramēto per qd' respōdetur positiōibus, & in iuramēto confirmatorio: & ibi addit quintū, scilicet in iuramēto per qd' quis se asserit fuisse in negligētia.

☞ ADDITIO. An subditi vasalli, vel etiā quicunq; alij subditi teneant̄ iurare fidelitatem dn̄o superiori. vide Matthæum de Afflictis in cōstitutione regni Siciliæ, quæ incipit, dn̄i à vasallis. in. x. quæstione primi notabilis. in. iij. lib. *

In textu ibi

Et faire les fruictz siens pour faulte de ladicte recognoissance.

POne q̄ tutor nō faciat, & qd' propter hoc dn̄s pcipiat fructus: an hoc casu tutor teneat̄ pupillo, & q̄ actiōe. Pro hui⁹ q̄stionis solutione & vera declaratiōe essent vidēda quæ dicunt̄ de tutorib⁹ testamētarijs, datiuis, & legitimis, & cū inquisitiōe datis, quorū quidē satisdatiōe onerant̄: alij non scd'm nota. in. §. fi. institu. de tutelis. & institu. de satisda. tuto. in princi. & nota. p Bar. in. l. j. i princ. ff. rē pupil. saluā fore in q̄ licet sit diuer
1 sitas q̄ ad dictā satisdationē, tn̄ hoc semp est verū † qd' oēs & quicūq; sint tutores tenent̄ p pupillo sic agere: & hoc qdē pmittere vtilia. s. agere, & inutilia p̄termittere. §. fin. in aut. vt hi q obliga. ha. se phi. res mino. coll. vj. glos. ij. institu. de satisda. tuto. i princip. posset etiā in pposito facere qd' dicit̄ de gestione, vtrū ceperit tutor agere negotia pupilli, an nō, & pptere a teneat̄, vel nō, secundū nota. in. l. j. in princi. in. l. ita aūt. §. gessisse. & in l. qui iussus. ff. de administra. tuto. his itaq; p̄suppositis, nō video excusationē tutoris quin teneat aut actione tutelæ finita tutela: aut ex stipulatiōe rem pupilli saluā, quæ stipulatio multū importat, vt suo loco dicet̄, maxime qa continet promissionē defensionis. de q̄ in. l. fi. §. defensionē. C. de admini. tuto. l. tutores. ff. de admini. tutorū. q̄ casu non dicit̄ bene defendere qui nō facit ea quæ quilibet legitim⁹ defendēs faceret. l. generaliter. ff. de admi-

de administra.tutorum.& non dr̃ legitime defendere q̃ non facit id ad ꝙ pupillus teneť,puta solutionē debiti facere,aut alterius iurisvtputa huius iuris,scd'm Bar.in
2 d.l.gñaliter.†vnde succedit ꝙ tutor male administrãs, &maxime sinēs consumere bona pupillaria nedũ conueniať actiõe tutelę & rem pupilli saluam fore:sed si nõ sit soluēdo põt corporaliter puniri:scd'm.l.ob fœnus.et ibi Bar.ff.de admini.tutorum.q̃ casus multum facit in propolito.et faciunt not.in.l.j.ff.de tute.et rõnibus dist. vbi tutor pupillo actiõe tutelę directa de gestis et neglectis propter dolũ seu culpã, tenetur reddere rationem: ex quo resolutiue dico in hac quęstiõe ꝙ teneť tutor,q̃a tenetur ad minus de lata culpa:cũ si ignoret,ignorat ꝙ omnes sciunt per consuetudinem nr̃am:ideo est in lata culpa.l.latæ culpæ.ff.de verb.sig.sed qua actione tutelæ scilicet rem pupilli saluã fore:aut de rõnibus distrahendis,est in hoc altercatio. sed videať Bar.in.l.j.§.pe.ff.de
☞ tutelis & rõnibus distrahendis.dicã alibi. ¶De multis male administrantibus diuersimode vide.ĩ.in tit.seq.§. vj.in gl.(& sera tenue)& ibi dixi de plurib⁹.et de tutore dixi.infrà in ti.(des enfans de plusieurs lictz).§.iiij.in gl. (maintenir.)& in.§.vj.in gl.inverbo,(par inuentaire.)✳

Tutor malè administrans quõ puniendus.

§.tertio.

LE Seigneur du Fied pour cause de fied et hommage a luy nõ faict, & pour denombrement non baille ne peult pretendre droit de commise.

IDem in comitatu Niuerneñ.§.ij.inci.(le seigneur du fied)in tit.(des fiedz)& in comitatu Burgundiæ.§.v.inci.(le seigneur du fied pour cause) ti.(des fiedz)idē in ducatu Borbonij.potest tñ impedire & ponere rem feudalē in manu sua : sed non facit fructus suos . ¶Similis est etiã cõsuetudo in septena Bituriceñ.sed ibi dñs feudi facit sequestrari rem feudalem,vt dicit Boerius ti.(des fiedz.) §.xiij.&.xvj.vbi dicit istud esse quocunq; modo feudum sit penes aliquē siue titulo lucratiuo siue oneroso.

ISta consuetudovidetur esse contra tex.in.c.j.§.sednec alia:quæ fuit prima causa bñficij amit.& de iure priuaretur feudo.tex.in.c.j.in prin.in tit.de.capi.corra . sed dic ꝙ istud est iure,ꝑut dicit Io.Fa.§.ꝑiudiciales.col.ix. ver.q̃d dicis de vasallo.insti.de ac.& Spe.in ti.de locato. §.nũc aliqua.ver.lxxxv.& Do.de sancto Gemi.in.c.ad apostolicę.de re iu.Alua.in.d.c.j.§.sed nec est.q̃ fuit prima causa bñficij amittendi.faciunt q̃ dicit do.Car. Flo. dictus zabarella.in cõs.xcij.inci.nobilesviri.in.iiij.col.et vide q̃ dicit do.meus Ias.in.l.ij.in.xij.col. ver.iiij.quæro de iure emphyteutico.¶Hæc oĩa allegat Io . Sanxon in consue.Turoneñ.tit.(Cõment hommage se doibt faire à son seigneur)arti j.fo.lx.in fi.Et quia hic dicit ꝙ sunt multę causæ ex q̃bus vasallus priuať feudo,inter al's est
1 vna.†si negauerit rem esse feudalē.ꝙ quõ intelligatur et limitetur,vide Boeriũ in consue.Bituriceñ.tit.de cõsue. feu.§.xiij.et.xiiij.vbi amplè qñ recognoscit aliũ an pręiudicet dño.Et si petat illum quem recognouit in guarendum,an sit audiendus:et q̃d si succubuerit in causa.

Negans rem esse feudalē priuatur feudo.

ET licet hoc casu nõ priuetur feudo in omnibus,tñ alijs casibus in quibus deberet feudo priuari non extenditur hæc consuetudo quæ solum habet locum in
1 suo casu.¶†Qui aũt sint alij casus ex quibus quis feudo priuatur ponit Pet.Iac.in suo trac.libellorum.in tit. ex quibus causis feu.amitta.& Iaco . de sancto Geor . in tra.suo feudorũ.in gl.dictiq; vasalli ꝑmiserunt nõ cõmittere feloniam.& Fran.curti.in suo tractatu feudorũ.
3 tit.ex quib.cau feud.amit.¶Et aduerte†ꝙ ex causis ex quibus filius potest exhæredari,ex eisdem vasallus põt feudo priuari: vt dicit Bal.in.l.solo. C.de libe.causa.& do.meus Ias.in auť.nõ licet.C.de liberis pręter.in.ij.col.
☞ ¶Et idem Bal.in.c.j.quib.modis feu.amit.✳¶ †Et ex
4 eisdem etiam dominus potest proprietate priuari : vt not.Cardi.Alex. in.c.j.in.j.col. quibus modis feudum amit.& Fran.de Are.in cõsi.suo.xiiij.in fi.vbi dicit vnũ
5 singulare,†ꝙ commissio in feudo propter iniuriam factam dño non transit ad hæredem immo requiritur ꝙ dominus fuerit conquestus in vita:ꝙ not.v.de do.meũ Ias.in.l.omnino.ff.de inoffi.testa.& ad antè dicta vide Hippo.de Marsilijs in singulari suo.xxij.¶VideBoeriũ in consue.Bituriceñ tit.de consue.feu.§.xv.in gl.fi.

Casus q̃bus q̃s feudo priuať.

☞ ADde aliam causam priuãdi vasallum à feudo scilicet si princeps mandauerit alicui vasallo,vt faciat aliquid q; sit iustum:si non obediat,põt illum priuare feudo.dixi in Catalogo gloriæ mũdi in.v.parte in xxiiij.consideratione.arti.xlj.Et ideo si tempore guerrarum princeps pręcipiat vasallo vt det & reponat castrũ suum in manibus suis ad illud custodiendum , q; põt, vt dicit Bal.in.§.quid ergo in ti.de inuestitura de re aliena facta.& dixi in.§.seq.sivasallus recusauerit et denegauerit,potest priuari feudo,prout factum fuit hoc anno domini.M.cccccxxxj. de Marchione Salutiarum , qui denegauit regi tempore guerræ existentis in Italia contra Carolum Austriacum imperatorem , dare & reponere in manibus regis castra Marchionatus,licet etiã vltra dispositionem iuris tenetur ex tenore inuestituræ. quia fuit priuatus feudo . & multum fuit ponderatus ille tenor inuestituræ , qui etiam multum attendi debet,vt dicit Bald.in proœ.feudo.& in.c.j.de duo. fratri.à capi. inuesti.✳

Feudo quõ priueť quis.

In textu ibi

Et hommage.

1 QVæro†quid sit homagiũ . homagiũ em̃ dicitur qñ aliq̃s promittit se esse hominem alicuius domini:& stare , & habitare vbi voluerit dñs , & ea seruitia exhibere prout dominus voluerit : & super hoc facit sibi homagium,idestvt sit homo suus.de quo in clementi.pastoralis.de re iudicata.nam censetur pro homagio obligatus qui fidelitatem & obedientiam præstat.vt in.c.conditione.extra de excessi. prælatorum aliqui autem appellant istam obligationem homagiũ vt in.c.ex diligenti.de simonia:& de ista dicam.ĩ.in tit. (des mainsmortes) vbi veniet ad propositum . aliqui appellant vasallagium:prout dicit ibi Hostieñ . homagium autem frequenter accipitur pro fidelitate,& econtra,& pro vasallagio:nam istaverba magis moribus ciuitatum & vtentium intelliguntur emanasse q̃ à iure scripto:vt tenet Spe.in tit.de feud.§.ij.versi.ij.quæritur. quoniam natura quotidie noua nomina edere deproperat:vt.l.ij.§.si quæritur. C.de veteri iure enucleando. ¶ Vide Ioannem Sanxon in consuetudine Turoneñ. titu . (Comment hommage se doibt offrir .) articu.j.

Homagium q̃d

Vasallagium.

fo.lx.& Pyrrhum in consue. Aurelianẽ.tit.de feudis.c.j.

Vasallagiũ itali, homagiũ Galli dicunt. 2 ET aduerte †ꝙ in Italia & alibi illud ꝙ vocatur vasallagium,in Frãcia appellatur homagium.prout dicit Bal.in consilio infrà allegato. ¶Aduerte etiam, quia gl.est multum notabilis super rub.C.de agrico.et censi.lib.xj.quæ ponit diuersa nomina colonorum. dicam.j.in titu.(des mainsmortes.)& declarantur prædicta nomina etiam per glo.in dicta cle.pastoralis. & per Spec.in tit.de feudis.§.fi.ad finem.

3 LIcet†em̃ diffinitio in iure sit periculosa,dicã tamen quid sit homagium:sed potius designando q̃ diffi-
Homagij diffinitio. 4 niendo:†homagium enim est fidelitas hominis pro tẽporalibus facta dño:& dicitur fidelitas,quia in ipsa homagij prẽstatione iuratur dño de obseruanda fide.d.c. ex diligenti.de simonia.c.cũ clerici.de verb.sig.c.graue. de exces.prẽlato.c.dilecti.de maio.& obed.quid aũt sit fidelitas dixi.s̃.in rub.huius tituli:& habetur in.c.j.in fi. per quos fiat inuestitura.& in.c.ego de iureiu.& Bal.in
Fidelitas quid. 5 c.quẽ in ecclesiarum.in.viij.col.de consti.dicit†ꝙ fidelitas est quedã subiectio prẽter naturã in capite liberorũ iõ in eodem.c.in.vij.col.dicit & firmiter tenuit ꝙ hẽc homagia sunt odiosa:& formã iuramẽti ĩ homagio ponit Spe.in ti.de feudis.§.qm̃ in pe.et fi.col.Facit.c.j.et ibi notant doc.qualiter vasallus iuramentũ præstare debeat.

In spũalibus nõ fit homagium. 6 ET dicitur in diffinitione pro temporalibus: † quia pro spiritualibus nõ fit homagium.c.fi.de reg.iur. & dr̃ dño facta:quia homagium prẽstatur tanq̃ superiori.c.grandi.de supplẽ.negli.prẽla.li.vj.c.j.de formafidelitatis:vel quia ꝑ homagium solũ obligatur homo: ipsi immediato dño cui facit fidelitatẽ non dño dñi:iõ homo hoĩs mei,nõ est homo meus.Ita Spe.in.d.§. qm̃. ver.xiiij.quẽritur,vbi dicit ꝙ licet rex Franciæ habeat potestatem in oẽs de regno,non tñ baronis sui homo, est homo suus.vt voluit Ludo.roma.post Bal. in.l.j.C. vnde legi.Et facit ꝙ dicitur de imperatore in.l.bñ à zenone.C.de quad.prẽscri.iuncta.l.deprecatio.ff.ad.l.rhodiam de iactu.facit.l.nam socij.ff.pro socio.facit.c.legit & ibi gl.in verbo,sorores meẽ.lxxxj.dist.l.modestinus. ff.de verbo.sig.Bar.in.l.si quis à liberis.§.si qs à liberis. ff.de liberis agno.vbi de vasallo.& facit ꝙ not.Bal.in.l. j.in.iij.col.C.cõia de leg.vbi dicit ꝙ cũ vasallus vasalli mei,non sit meusvasallus,nõ cogit̃ mihi iurare fidelitatem:dixi.s̃.in tit.(Des iustices).§.iiij.inci.(Le droit de indire.)in gl.(sur ses hommes subiectz.)

Homagiũ à fidelitate qũo differat. 7 DIffert aũt homagium à fidelitate†quia homagiũ dr̃ actus præstationis iuramenti cum sua solẽnitate,& fit in initio:sed fidelitas est obligatio permanens, & habens ꝑseuerantiã & tractũ tp̃is sicut cõtractus quo ad relatũ verborũ trãsit in instãti:vt Emere:sed emptio & vẽditio ꝑpetuò manet:vt no.Guil.de cug.ff.de iustitia & iure.l.ex hoc iure facere.ergo non durat in tp̃is tractu,scilicet factum esse iugiter ꝑseuerat.C.de ac.& obli. l.sicut.ff.cõmodati.l.in cõmodato.§.sicut.ff.de cap.l.in bello.§.factẽ.Et sic ex his apparet q̃d sit homagiũ.Quid
Fidelitas duplex. 8 aũt sit fidelitas dixi hic antè.¶Sed aduerte † qa est duplex:quædã supior,vt in feudo ligio:q̃dã inferior,vt in feudo non ligio:vt.j.dicam loquendo de feudo ligio.

Homagij nomẽ vnde. 9 ET tale nomẽ†homagij sumpsit originẽ ex consuetudine gñali,& potius ab ea vsurpatum est: ꝙ ex iure scripto fuerit introductum:prout voluit Spe.in tit. de feudis.§.qm̃.versi.secundo quẽritur.Car.in cle:pastoralis.versi.rursus.de re iu.habetur in.c.incolentes.de statu mona.& in.d.c.ex diligenti.extrà de simonia.

10 ET istud†homagiũ reperitur duplex:scilicet ligiũ et nõ ligiũ.Ligiũ aũt dr̃ ꝙ fit imperatori vel regi supremo,nullius fidelitate excepta:& de isto ligio habemus duos tex.vnus est in.d.cle.pastoralis.i.§.deniq̃.ibi dum dicit,rex ipse nr̃,et ecclĩẽ romane rõne regni ꝑdicti notoriè subditus,homoq̃ ligius &vasallus.Aliꝰ est tex. in tit.de qbusdam alijs extraordinarijs capitulis feudorum:quæ capitula sunt extrauagantia, & non sunt in corpore decime collationi:tamẽ notabilia sunt & vera: & tanq̃ solennia capitula allegant multi feudistẽ:& maxime Bal.in multis locis. Textus autem talis formalis est,quem intendo latius explicare:& ideo nota eum.

SI quis inuestitus de feudo ligio,pro quo contra oẽs hoĩes fidelitatẽ dño debet,Lucio et Titio ex se descẽdentibus filijs,sibi hẽredibus institutis vita decesserit:diuisione facta,si ad solũ Titium feudũ peruenerit,rõnabiliter placuit eũ solũ fidelitatis sacramẽto esse obnoxiũ, ad quem solida feudi iura transierunt:ꝙ si ab alio dño Lucius postea feudũ per inuestiturã acquisierit,ꝓ quo sit̃ & contra oẽs hoĩes fidelitatem fecerit: decedẽte Titio sine liberis,ad quẽ deuoluatur feudũ ꝙ ex diuisione habuerat:an ad Luciũ fratrẽ vel dñm queri põt.Et cum placeat quem ligiũ hominem duorũ esse non posse,videri põt feudum ad dñm pertinere:sed rectiusvisum est feudum ꝙ per inuestiturã acquisiuit, impedimento ei nõ esse,licereq̃ ei ꝑ substitutũ acceptabilem dño priori seruire.Et ex illo tex.satis apparet q̃d sit̃ feudum ligium,
11 †Nam feudũ ligium est pro quo vasallus inuestitus de feudo contra oẽs hoĩes fidelitatem dño debet:& hoc si quẽratur,ꝙ est istud feudum.¶De isto feudo ligio vide quæ dicit Io.sanxon in consue.Turoñ.titu. (Comment hommage se doibt faire.)arti.j.in conclusiõe.xxij.& ibi ponit plures cõclusiones in materia feudali,quas vide.
12 SED si diffinitiue querat̃,†q̃d est ista ligietas. Dic ꝙ nihil aliud est q̃ suprema fidelitas,siue supremũ homagiũ cõtra oẽm hominem nullo excepto.¶Et aduer-
13 te†ꝙ oẽ feudũ etiã si nõ exprimatur ligium,tñ est ligiũ qñ fideliter iuratur principi:quia ex natura prẽdominãtis principis est ꝙ non excipiaturvllus hõ.vt.C.de legi. l.fi.& in.c.j.de natura feudi in vsibus feu.& in.c.iperialẽ §.fi.de ꝓhi.feu.alie.ꝑ Fede.qñ princeps cõcedit regalia. sicut sunt oĩa quæ ꝑtinent ad statũ imperij,& tributa & similia.¶Itẽ sicut est marchio,comitatꝰ,ducatus,& aliæ dignitates similes,quocũq̃ mõ vsus loquẽdi nominet
14 eas.†Realitatẽ em̃ potius inspicere debemus,q̃ nuda rerũ vocabula.vt.C.de libe.ꝑteritis.l.iij.l.qm̃ indignũ.C. de test.si quis aũt acciperet feudũ ab aliquovasallo,etiã si de facto iuraret fidelitatẽ cõtra oẽm hoĩem:tale feudũ nõ est ligiũ.Considera em̃ ꝙ tex.dicit,cõtra oẽs hoĩes fidelitatẽ debet.Pondera ergo verbũ deb et:sed iste nõ debet fidelitatẽ cõtra oẽm hoĩem,qa ĩpossibile iurat,ergo
15 feudũ non est ligiũ:†qa impossibile iuramentũ non habet vigorẽ.ff.de le.j.l.si qs inquilinos.§.fi.ꝑpterea semp princeps vr̃ excipere ad hoc vt iuramentũ nõ sit iniquũ posset etiã dici ꝙ tale feudũ sit ligium, scd̃m q̃d cõtra oẽs alios:excepto principe:& hoc non est nouum. Nã quædã non sunt vera simpliciter,tamen suntvera secundum quid.ff.qui satis.cogantur.l.sciendũ.§.creditor.veruntamen ligiũ dr̃ ꝙ ab imperatore cõceditur fidelitate prẽstita contra oẽs:ꝓut dicit Alex.in cõsi.suo.xxx.inci. Qm̃ oẽ datum optimũ.in.ij.col.in.j.vol.ꝙ est repetitũ de verbo

de verbo adverbũ in cõsi.ij.in.v.vol.& ita etiã dicit do. meus do.Ias.in.l.de pupillo.§.si plures.i.iiij.col.ff.de no. ope.nun.ex quibus omnibus concludit ꝙ feudũ ligiũ dr̃ qñ homagiũ prestat contra oẽm hoĩem de mundo.

Requisita ad hoc vt feudũ sit ligiũ.

16 Collige†ergo ex predictis ꝙ tria requirunt ad hoc vt possit dici feudum ligium Primò enim requiritur ꝙ iuret fidelitatem nullius alterius fidelitate seruata vt tenet dicta gl.in cle.pastoralis.pluries alle.& Bal.in.l. vnica.§.in primo.in vlti.col.C.de ca.tol.& Bal.ibi dicit ꝙ ille est solus & vnicus tex.faciẽs de eo mẽtionẽ.sed nõ aduertebat ad tex.iam.s.alle.in ti.de extraor.c.feudorũ.

Secundò requiritur ꝙ expresse dicat in instrumento inuestiturè ꝙ feudum sit ligium.Ita expresse Bal. in c.inter dilectos in.vj.col.extra de fide instru.sed si bene aduertatur Bal.in hoc fuit sibi contrarius cum in consi. suo.ccxcj.inci.Ad euidentiam premittendum, in scd'a parte.de quo suprà tetigi.& eius dicta in quibusdã posui,& maximè in hoc dicto dixerit ꝙ feudum ligium etiam dicitur si non exprimatur ligium cum est ligium qñ fidelitas iuratur principi,quia ex natura predominantis principis est.Cogita quia magnum quid esset si non esset feudum ligium per non expressionem istius dictionis ligium.nam per hoc videtur legẽ imponere verbis,et non rebus:ꝙ est contra.l.ij.ff.cõia de successio.

Tertiò requirit ꝙ vasallus principaliter personã suã & in consequentiam etiam bona non feudalia subijciat potestati dñi.ita dicit Spe.in tit.de feudis.§.qm̃. ver.xvij.et ibi ponit rõnem q̃ sequitur Martinus lau.in c.j.§.j.in.ix.col.in ti.q feu.da.pos.Sed aduerte quia Bal. exp̃sse tenet contrariũ in consi.ccxcj.in.ij.parte.hic ante alle.ꝙ est omnino videndũ.in pe.col.vbi dicit ꝙ bona que als habet et qñ non dantur in feudum sunt libera:sicut bona castrensia & bona nõ castrẽsia:quo ad onera creditorum diuisionẽ recip.vt.C.de test.mili.l.j.&.ff.e. l.si certarũ.et peculia diuersi generis.l.hinc querit.§.põt ff.de peculio.l.deniq;.§.sed vtrũq;.ff.de mi. vnde ligius et nõ ligius in hoc non differũt:quia oẽs res sunt libere: q̃ non sunt obnoxie seruituti.l.altius.C.de ser.& aqua.l. certo generi.ff.de ser.ru.predio.& istud dubium est magne efficacie:nã scitis ꝙ isti vasalli ligij tenentur seruire dño in bello scd'm facultatẽ feudorũ:pone nunc ꝙ qdã tenet feudum ligium ex quo posset facere decẽ hoies ad seruiendũ regi:ex alijs aũt bonis que sunt allodialia,que vulgariter dicimus(de franc allu)põt facere decẽ alios: nũquid rex possit ipsum cogere vt seruiat eidẽ de viginti hominibus:an tm̃ sit obligatus ad seruiendũ de decẽ. Cogita,quia istud quotidie euenire potest in Francia.

Casus positio.

Et quia dicitur ꝙ ligium dicitur feudum qñ homagium præstatur cõtra omnem hominem.instatur duobus modis.Primò qũo possit tale homagium fieri regi,cum sit sub Cæsare seu imperatore? Respondeo ꝙ intelligitur excepta autoritas imperatoris qñ præstatur homagium regi qui non est monarcha in suo regno:vt sunt plures reges qui recognoscũt superiorem imperatorem:secus autem qñ præstatur homagium regi,q est monarcha in suo regno,& qui nullũ recognoscit superiorem:puta christianissimo regi nr̃o Frãcie.per.c.venerabilẽ.extrà q filij sint legi.prout in specie dicit Bal.in.d. suo cõsi.ccxcj.hic antè alle.in.v.col.et iõ dicendum est ꝙ q nõ recognoscit superiorẽ habet feudũ ligium.& in oĩ feudo intelligit excepta oĩs autoritas supioris.Ita tenet do,meus Ias.in trac.feudorum.in.viij.charta.in.iij.col.

Argumẽtum.

Secundò instatur,& vr̃ ꝙ nunq̃ imperator neq; rex possunt habere feudum ligium:et nunq̃ potest dici tale feudum nisi qñ recognoscitur à summo põtifice eo quia in quolibet iuramento intelligitur semp reseruata autoritas summi pontificis.c.veniens.extrà de iureiu.et ita dicunt Martinus lauden̄. & Alua.in.c.j.§.j.in nona col.in ti.qui feudũ dare pos.Car.flo.& Imo.in.c.fi.extrà de feu.Bal.in.c.ad audientiã.in vlti.col.extrà de prescri.

2 quarũ rerũ actio non dat̃. ¶Adde quòd idem operat̃ p̃sentia iudicis qđ amicorũ vel consanguineorũ:scđm Bar.in.l.frater à fratre,in versic.iij.qro quid de cõtractu emptiõis.ff.de cõdictio.indebiti.Ange.& Imol.in.l.j.§. fuit q̃sitũ.ff.ad trebellia.faciũt dicta p dñm meũ Iaso.in l.singularia. in.vij.colũ.ff. si certũ petatur.& in. §. itẽ si
3 qs in fraudẽ.in.viij.col.instit.de actiõibus. †q̃m ea quæ fiunt ĩ iudicio sunt maioris autoritatis, q̃ꝫ quę extra iu diciũ.& multi effectus oriũtur ex p̃sentia iudicis,de qui bus per dñm meũ Iaso.ĩ aut.nouissima.in.iij.col.C. de pactis.& p eundẽ dñm meum in.l.si cõuenerit.in.iij.& iiij.colũ.ff.de iurisdi.om. iudi.& ponunt̃ septẽ effectus ꝓuenientes ex p̃sentia iudicis.& ponit̃ octauus p eun dem do.meũ Iaso.in.l.j.§.si iussorẽ.ff.de acqui.pos.s.ꝙ citatio facta p nuntiũ in p̃sentia iudicis habet vim per emptorij. ¶Hoc tñ casu,qa expresse requirit̃ cõsensus propinquorũ succedere debentiũ ꝓpter eorum inter esse,nõ sufficit autoritas iudicis. * ¶Et ad id qđ pri mò dictũ est de p̃sentia consanguineorũ qđ multum operet̃:vide eundẽ dñm meũ in.l.interpositas.in.ij.col. C.de trãsactio. in.l.j.in fine. C. eodẽ.& in.§.quadrupli.
4 in.viij.colũ.institu.de actiõibus. ¶Intellige tñ†qđ prę sentia cõsanguineorũ non tollit p̃sumptionẽ metus:& qñ persona quę infert metũ,verisimiliter potest inferre etiã præsentib⁹ parentibus & amicis:vt in tyranno.idẽ Ange.in cõsi.280. quod incipit, reperit̃ in quadã char ta:& facit qa fortior p̃sumptio tollit minorẽ.l.diuus.ff. de in integrũ restitutio.dominus me⁹ Iason.in dicta.l. transactionem.in.j.colum.C.de transactionibus.

¶Et no

Statuta seruãda ĩ foro cõsciẽtiæ.

Præsentia cõ[sangui]neorum t[ollit] p[ræ]s[umptionem] doli,

Nõ[...] tollit [me]tum.

☞ ¶Et notáter dicit (qui doibuent succeder) qm alij quorũ nõ interest nõ possunt ĩpugnare, imò repelleretur p fines nõ recipiendi, vt facit. l. posthu. §. si qs ex his. ff. de inoffic. testa. facit gl. in. c. vt circa. in verbo, alicui. de electio. i. vj. Ludo. roma. in. cõsi. 499. & in cõsi. 380. & 383. & Benedicti in repetitione. c. Raynutius. in verbo, in eodẽ testamento relinquens. nume. 114. de testa. *

In textu ibi

Suppose que lesdictz contraulx ayent estez uallez par serment.

Iuramẽtũ an valid et donationẽ cõiugũ.

1 SED tamẽ istud est cõtra dispositionẽ iuris: †qa iuramentũ de iure validat donationem inter virũ & vxorẽ. ita dicit Guiliel. de cuneo in. l. sed & si possessori. §. itẽ si iurauero. ff. de iureiu. p Bar. & scribẽ. i. l. seius augeri⁹. ff. ad legẽ falci. & l. si qs p eo. ff. de fideiuss. & Alex. cõsi. 8. & consi. 157. incipiẽte, Viso instrumẽto donatiõis. in. iiij. col. in. ij. volu. Frãci. de aretio cõsi. 74. incipiẽ. Diligẽter & maturè põderatis. in. iij. col. Roma. cõsi. 44. & dñs me⁹ Iason. l. pacta q̃ cõtra. C. de pact. vbi disputat. Sed nunquid potuit cõsuetudo nostra, seu statutũ disponere contra dispositionẽ iuris super iuramento.

Ludouicus de soubterram. Nota bene hanc disputationem.

CVm essem in studio in vniuersitate Papiẽ. disputata fuit hæc q̃stio p me, cũ egregio ac nobili viro, nũc vtriusq; iuris doctore, dño Ludo. de soubterrã: qui p certo vir est acutissimi ingenij: nũc magnę autoritatis, pronotari⁹ sedis apostolicæ, prior cõmẽdatari⁹ de montepuys, canonicus Heduẽñ. & Cabilloneñ. & q multo maiora meret pp̃ter eius excellentẽ sciẽtiam, & virtutũ, ac morũ honestatẽ: & fui ei contẽporaneus. Et fuerũt mihi per eũ contra cõsuetudinem nostrã multa subtilia opposita, ad q̃ respondi, & materia plenè p dominum meũ Iaso. in. l. fi. ff. q satisda. cogã. tractat: & per eundẽ in aut. sacramenta puberũ. in penul. & vlti. colũ. C. si aduer. vẽdi. Feli. c. ecclesia sanctæ Mariæ. in. xx. col. extrà de cõstitu. & in. c. ij. in. xij. colũ. extrà de sponsa. & mrimo. Ludo. Roma. cõsi. xij. & cõsilio. cccc. Alex. cõsi. lix. incipiẽte, viso instrumẽto. & tit. q̃stionũ. in. j. vol. & consi. cxxvj. incipiẽ. Et cõsideratis statutis. in. j. volu. per Ludoui. Bolog. cõsi. xliij. vbi plura allegat. in. vj. colũ. Soci. cõsi. lxvj. & penul. in. j. vol. Ita etiã ponit Frãcis. de curte antiquior, in cõsi. xliij. incipi. Sup cõtingentia facti p̃missum nobis fuit q in Burgũdia. vbi dicit† q statutũ laicorum non potest disponere sup iuramento. & ibi dicit ipse Curtius† qd' rex Francorũ christianissim⁹, qui eminet tãq; stella matutina in medio nebulæ meridionalis, sup oẽs reges, non põt tollere virtutẽ iuramẽti appositi in cõtractu. ideo etiã dicit, nec statutũ laicorum: & de hoc vltimo plura allegat q̃ videre potes.

2 Regis Franciæ laus.

3 Statutũ laicorũ non põt disponere sup iuramẽto.

☞ ADDITIO. De huiusmodi artic. vide multa per Mattheũ de Afflictis in constitutiõe regni Siciliæ, q̃ incipit, diuæ memoriæ. in. vij. notabili. in. iij. lib. vbi q̃dã consilia Alexã. ibi allegat, q̃ iam hic allegaui. Et si vis videre cautelas ad faciendum statutũ per laicos, aut ordinationẽ principis, qd' possit tollere iuramentũ, aut saltẽ impedire effectũ iuramenti, vide Thomã ferratium de aduocatis in suis cautelis cautela. xvj. * ¶Dicam amplius in sequenti disputatione, prout dixi in hunc qui sequitur modum.

DIco ergo cõsuetudinẽ nostram ducatus Burgundiæ dictantẽ & clamãtem maritũ vxori donare nõ posse, nec ecõtra: etiam cũ iuramẽto valere, & robur firmitatis obtinere posse, respõdẽdo primò ad obiecta sua. ¶Primò em̃ inc̃tũ pro sui initio & p̃suppositiõe, & ad opinionẽ melius sustinendã adducit, & firmãdo
4 dicit, †certũ esse, donationẽ inter virũ & vxorẽ firmari iuramẽto: & validari p doctrinã Iasonis p̃ceptoris nostri in. l. pacta q̃ contra. C. de pac. p doctrinã Panor. & modernorũ. c. cũ contingat. extrà de iureiurã. & doctrinã Panor. c. fi. extrà de dona. inter vir. & vxo. vbi p modernos. dicit cõis opinio. & dicit se vltra Iaso. in p̃dicto loco allegare Alexã. in cõsi. viij. & Areti. in cõsi. lxxiiij. Sed ego legẽdo Iaso. do. meũ in. d. l. pacta. inueni q illa cõsilia allegat: sed vltra allegata p vtrũq; allego Barto. veroñ. in cautelis suis, cautela. cxxij. q̃ incip. Donatio inter virũ & vxorẽ. Et fratrẽ Ang. de clauasio in sua summa. ti. de dona. versic. ij. cõfirmat dicentẽ istã opinionẽ esse verissimã. Sed in isto nõ facio magnũ fundamẽtũ, quia vt videret bonæ cõsciæ voluit hanc opinionẽ tenere, qa ad statũ suũ pertinet, ea q̃ ad cõscientiã spectãt, semp & indistinctè fouere: & talis põt cõparari scholari Parisieñ. de quo meminit Geminia. post Host. c. j. §. fi. in pe. col. de cõcessio. p̃ben. in. vj. allego vlteri⁹ Ludo. roma. cõsi. cclv. & cõsi. ccxcij. in. ij. dubio: vbi tenet istã opinionẽ, & in cõsi. xliij. Alex. cõsi. xxxvij. in. ij. volu. in ij. colũ. Aret. cõsi. iij. Qui qdẽ oẽs tenent p̃dictã opinionem. ¶Sed ad istud dico q nõ meruit in hoc p̃posito ad decisionẽ causæ allegari: nec ex hoc potest fieri fundamẽtum, cũ istud non sit tutum, sed dubiũ, iuxta doctrinã Bart. in. l. ambiguo. ff. de rebus dubijs. quã alleg. Iaso. in repeti. l. admonẽdi. in. xij. colũ. ff. de iureiuran. & Feli. in rubri. proœmij decretalium in. ij. colũ.

Angelus de clauasio cõsciẽtiar' autor.

ET q ista opinio nõ sit tuta, imò q plus est veritas est in cõtrariũ, probo nouis fundamẽtis, imò si bene aduertat, doctores nõ fuerunt bene informati ĩ hoc, saltẽ tenentes istã partẽ. Et primò anteq; veniã ad fundamẽta mea. volo pro illorũ corroboratione respõdere ad fundamẽta doctorũ in hac opiniõe. Primò enim Bar. (qui fuit ver⁹ legista) voluit tenere opinionẽ cõtrariã. & illã tenuit in. l. j. ff. de dona. inter virũ & vxo. †eo
5 qa ista donatio est cõtra bonos mores, & p cõsequens validari nõ põt iuramento: p tex. vulgatũ. c. nõ est obligatoriũ. de regu. iur. in. vj. sed tenẽtes cõtrariã partẽ ad istud motiuũ conati sunt talẽ qualẽ solutionẽ dare: & vt arbitror Bal. more suo solito somniauit hãc suam distinctionẽ in mõte parnaso. dicit em̃ Bal. audacter in l. pactũ. in. xix. q. C. de pact. quẽ refert Bar. veroneñ. in dicta sua cautela, & post eũ Iason. d. l. pacta q̃ cõtra. C. de
6 pac. †qd' cõtra bonos mores dupliciter cõsideratur. Primò cõtra bonos mores ciuiles: vt in casu nr̃o: & tũc validat iuramento. Scd'o contra bonos mores naturales seu de iure canonico. & hoc est qñ inducitur peccatũ. & tũc illo modo est intelligendũ. c. nõ est obligatoriũ. salua pace dñi Bal. & oĩm hanc suã distinctionẽ tenentiũ, dico illã p̃cedere nõ posse, imò nullo modo verã esse. Primò nõ probatur iure. Erubescim⁹ em̃ &c. l. illam. C. de colla. imò q plus est contrariũ probat: & si bene inspiciat ipse Bal. & ip̃m insequẽtes, seipsos confundunt. Primò em̃ inc̃tũ dicit qd' illud qd' est iprobũ & inhonestũ est cõtra bonos mores de iure ciuili, tale em̃ non põt esse q nõ sit illicitũ, & p cõsequẽs ĩducit peccatũ: si inducit peccatũ, ergo cõtra bonos mores de iure canonico, seu naturales, scd'm suammet distinctionẽ. Probo

Contra bonos mores dupliciter consideratur.

Refutatio distictionis.

sic.Illud qđ est licitũ nõ inducit maleficiũ.tex.i.l.is qui aggressorẽ.C.ad legẽ corne.de sica.quẽ allegat Bal.qui nihil ignorauit.i.l.decuriones.C.de infami. & eũ refert & sequit̃ Feli.in.c.q̃ in ecclesiarũ.in.v.col.extrà de cõsti. Sequit̃ ergo à cõtrario sensu qđ est illicitũ inducit maleficiũ,si maleficiũ, nemo põt negare ꝙ nõ sit peccatũ. ergo cũ illud qđ est improbũ & inhonestũ peccatũ inducit,sequit̃ qđ illud est cõtra bonos mores de iure canonico,seu naturales.¶Scđò fortius ꝓbat̃ ꝙ etiã in casu nr̃o est contra bonos mores de iure canonico.patet, nã donatio inter virũ & vxorẽ inducit ad delinquẽdũ, & sic est ĩductiua peccati.satis bene probãt,imo exp̃ssè dicũt tex.in.l.j.ij.&.iij.ff.de dona.inter virũ & vxo.Et illos tex.ad hoc notauit Bar.in.d.l.j. ergo accipiẽdo verba distinctiõis Bal.nemo sanæ mẽtis inficiabit̃ illã esse cõtra bonos mores de iure canonico. Succedit ergo p̃dicta regula,nõ est obligatoriũ.de regu.iuris.in.vj.

PRædictã adhuc distinctionẽ Bal.ꝓbo nõ esse verã in secũdo suo mẽbro.qñ voluit dicere,qđ illud est cõtra bonos mores naturales,seu de iure canonico,qđ inducit peccatũ: & tale non potest firmari iuramento: nã nemini venit in dubiũ solutionẽ vsurariã inducere peccatũ.tenet do.Ias.in.l.fi.C.de indicta vid.tollen.&.ꝑ cõsequẽs est cõtra bonos mores naturales & de iure canonico:& sic deberet scđm eũ succedere regula, nõ est obligatoriũ.& tñ est tex.ad literã in contrariũ in.c.debitores.extrà de iureiurã. Et sic patet ꝙ ista distinctio est falsa:& ꝑ consequens clarũ est opinionẽ Barto.in.d.l.j. non esse bene sublatam per p̃dictam distinctionem.

ITEM ꝙ p̃dicta distinctio non sit vera,probatur:qa illud qđ est contra bonos mores ciuiles, æquiparatur illi qđ est cõtra bonos mores naturales,quò ad obseruationẽ iuramenti. Nam exhæredare filiũ sine causa est cõtra bonos mores ciuiles:& abdicare vxorẽ suam à se sine causa est cõtra bonos mores de iure canonico, seu naturales: & tamen idem quò ad obseruationẽ iuramẽti.tex.in.c.quintauallis.extra de iureiu.

ALio modo & forti⁹ cõfirmando probo p̃dictam donationẽ esse contra bonos mores naturales,& sic induceret peccatũ scđm qđ tenet Panor.in.c.quemadmodũ.extrà de iureiurãdo. Nã dicit tex.ꝙ ꝓpter tales donationes vnus efficit̃ pauper, & alter locupletior cũ iactura alteri⁹.Ita tex.l.iij.ff.de donatio.inter virũ & vxorẽ.& istud est cõtra ius naturale.Ita dicit tex.in.l.nã hoc natura.ff.de cõdictiõe indebiti.Et sic videm⁹ absurda ex illa donatiõe proueniẽtia, sunt iure naturali prohibita.Ergo si bene cõsiderat̃, ratio rationũ positarũ in dictis legib⁹ est,qa fame suæ honori & vtilitati nõ parcant,sed amore quodã extraordinario seipsos postponũt:& alios præponunt,dicunt̃ facere contra charitatẽ, cũ charitas illa sit & vere dicit̃ bene ordinata,q̃ à seipso incipit,iuxta.l.p̃ses.C.de seruituti.Faciũt tex.in.c.nõ satis.&.c.est ꝓbãda.lxxxvj.distin.& in.c.si nõ licet.xxiij. q̃stione.v.Si ergo contra charitatẽ est,ergo cõtra iustitiam:vt dicit text.in.c.vbi sana.xxiij. q̃stione.j.& dicit

Charitas.

Charitatem spernẽs Deũ prodit.

7 in.c.abijt.xj.quæst.iij.†ꝙ qui charitatis iussa spernunt, Deum vtiq; qui charitas est produnt. Per consequens clarum est prædictã donationem inducere peccatum, & sic esse cõtra bonos mores naturales.ergo &c.

SEcundò adducũt intrepidè doctores tenentes prædictam vestrã opinionem,vnũ fundamentũ quod

8 satis stringit, qđ est:†nã pactum de futura successione est cõtra bonos mores,& tamen validatur iuramẽto.c. q̃uis.de pactis.in.vj.& hoc ꝓbando regulam quã semper adducũt:scilicet quia tale iuramentũ potest seruari sine dispendio salutis æternæ.c.cùm contingat.extrà de iureiurãdo:sed ad illud dabo duas responsiones.

PRima enim responsio est,ꝙ illud qđ dicitur ꝙ pactũ de futura successione validat̃ iuramento. dico illud esse intelligendũ, scđm text.allegatũ ad hoc.nam dictũ doctorum debet intelligi scđm textum quẽ allegat.l.nõ solũ,§.liberationis.ff.de libe.lega. Sed tex.in.c. q̃uis.de pactis.in.vj.dicit ꝙ pactũ qđ non vergit ĩ detrimentũ alterius,nec in dispendiũ salutis ę́ternæ, debet validari iuramẽto. Ergo clarè, vides ex illo textu,ꝙ illud qđ in detrimentũ alteri⁹ vergit,vel in dispendiũ salutis æternæ,nõ põt validari iuramẽto:cũ limitata causa limitatũ effectũ debeat producere.l.in agris.ff.de acquirẽ.re.domi.Faciũt plenissimè dicta per dñm meũ in l.age.C.de trãsact.sed nũc donatio inter virũ & vxorẽ nõ est huiusmodi, qa non põt seruari sine dispẽdio salutis æternæ.qa (vt suprà dixi.) ꝑ eam inuitat̃ ad delinquendũ.¶Item vergit in detrimentũ alteri⁹:nam vt dicit text.in.d.l.iij.ff. de donatio.inter virũ & vxorẽ. vergit in detrimentũ proximorũ coniunctorũ, quorũ fama denigrat̃,& vnus illorũ q̃ erat diues efficit̃ pauper. ☞¶Quæ paupertas est multũ in cõsideratione,cũ sit durior morte,vt dicit Bal.in.l.certa forma. C.de iure fisci. lib.x.& dicit Ang.in.l.cũ & filiusfamilias. qđ sordescit q̃s propter paupertatẽ,& tali vita ẽ suppliciũ, & mors solatiũ.& ibi subdit qđ meli⁹ est mori q̃ indigere.hoc tenet Hippolyt⁹ de Marsilijs cõsi.lxxj.in vlti.colũ. *

9 ¶Et illud docet†rerũ experiẽtia,quæ est rerũ magistra. c.quã sit.de elec.in.vj.& illud detrimentum & interesse cõsiderauit iuriscõsultus in.d.l.iij. & meritò:cũ magnũ dicatur tã ex parte illi⁹ qui de diuite effect⁹ est pauper: Experientia rerũ magistra.

10 †cũ (vt dicit Boeti⁹) ĩter oẽs aduersitates fortunæ infelicissimũ gen⁹ infortunij est fuisse felicẽ.quẽ refert gl.in c.cõsiderãda.56.distin.inuehẽdo cõtra illos q̃ liberalitate vtũtur,qđ de diuitibus efficiunt̃ pauperes. ¶Adde Boeti⁹.

11 †alia tria gñа infeliciũ esse. Nã infelix est q̃ recta docet & viuit iniq̃.c.multi.xl.distinc. Infelix est q̃ pauca sapit spernitq; doceri.38.distinctio.c.vltimo. Infelix est cuius nulla sapiẽtia prodest.xvj.q.j.c.reuertimini.ita dicit Lucas de penna in.l.tribuni.col.iij.C.de re mili.lib.xij. Infelici qui.

EContrario aũt q̃s dicat̃ felix, qui nat⁹ optimis auspicijs vitã honestæ finierit.humanæ ĩquit vitæ cõditionẽ p̃cipuè primus & vltim⁹ dies cõtinet:qa plurimum interest q̃bus auspicijs incohet̃,& quo fine claudatur.dicit.G.bñdicti in sua repeti.c.Raynutius.in verbo,mortuo itaq; testatore.j.nume.14.&.15.de testa.

12 QVod etiã ex parte cõiunctorum ratione eorũ famæ & legis dispositiõe est in consideratione. †& maius est illud detrimentum q̃ si esset detrimentum omnium bonorum,aut maioris partis.quia quando agitur de fama, dicitur agi de graui & magna causa,cũ agatur de eo quod afficit personam,imò fortius nõ agitur de fama vnius solũ,sed totius progeniei & prosapiæ quod maius est. argu.l.cognitionum.post Fama detrimẽ graue.

13 principiũ.ff.de va.& extraordina.cognit.†causa enim infamiæ & causa vitæ æquiparant̃.l.iusta.cum gl.ff.de manu.vindicta.bona glos.in.§.suspectus autem.versic. ob culpam. institutio.de suspe.tuto. Barto. & docto.l. trãsigere.in.j.col.ad fi. C. de trãsact.ergo de maiori dicitur

citur tractari,vbi tractatᷣ de fama,quā ſi de oībus bonis
tractaretᷣ:quia hō debet pluris habere famā,q̃ꝫ oēs facul
tates.l.iulianus.ff.ſi qs omiſ.cau.teſt.arg .l. reprehēden-
da.C.de inſti.& ſubſti.et talis crudelis eſt q famā ſuā ne
gligit.xij.q.j.nolo.¶Et de hmōi fama qūo multum eſt
appetēda & cōſeruāda,& qūo ſit in æſtimatione , vide
G.Benedicti in ſua repe.c.raynu.in verbo,mortuo itaqꝫ
teſtatore.j,nu.322.vſqꝫ ad nu.334.de teſta.dixi amplè in
meo Catalogo bonorū in.j.parte,in multis cōſideratio
nibus.Si ergo multo fortius iſtud detrimentū ſit cōſide
randū,q̃ꝫ honorū,nō erit dubium ꝙ ſicut detrimētum
alterius in bonis impedit quominus iuramentum ope
retᷣ ſuum effectum:ſic etiā iſtud detrimētum faciet qđ
donatio īter virū et vxorē nō poterit validari iuramēto.

ET licet tenētes opinionē cōtrariā voluerint tenere
ꝙ iſtud vbū moribus,poſitū in.d.l.j.ij.&.iij.intelli
gitᷣ.i.cōſuetudine approbatū:vt etiā voluit ibi gl.Accu.
tñ expoſitio eſt mala & cōtra Bal.& Sali.qui dicūt ꝙ ta
lis donatio eſt cōtra bonos mores:& iō tex.intelligitᷣ de
bonis moribus,non de cōſuetudine.¶Et facit ꝓ tollen
Regula notabi. da p̄dicta expoſitione inepta regula multum notabilis
14 †ꝙ vbicunqꝫ lex vtitᷣ illis verbis moribus,etiam intelli
gitᷣ de conſuetudine qñ exprimitur locus, vbi ſunt illi
mores:ſed ſi ſimpliciter vtitur vbis moribus , intelligitᷣ
de bonis moribus,hoc decidit tex.in.l.moribus Lacedę
moniorū.ff.de vulg.& pupi.&.l.more noſtræ ciuitatis.
ff.de acq.here.ita formaliter colligitᷣ ex illis iuribus. cū
ergo.d.l.j loquatᷣ ſimpliciter de bonis moribꝰ, ꝗa dicit
moribus,apud nos receptū eſt,ne valeāt donatiōes in-
ter virū & vxorē:& ſubdit ibi tex.hoc aūt receptū eſt:et
ſic non refert ſe ad conſuetudinē,ſed ad ius:eo ꝗa ſolita-
rię ꝓlatū eſt:igitur intelligitur moribus,id eſt cōtra bo-
nos mores:& ideo dicta gl.non bene loquitur.

15 ITem †vba in dubio debent intelligi ſcđm ſubiectam
materiā.l.plenū.§.equitij.ff.de vſu & habi.l.ex milita
ri.ff.de teſt.mili.quia vt voluit Philoſophus.ij.de aīa. a-
ctus actiuorū ſunt in patiente bñ diſpoſito:ſed ſubiecta
materia.d.l.primę requirit ꝙ iſtud verbū moribus intel
ligatᷣ pro bonis moribꝰ:ꝙ apparet:quia dicit ibi tex.ne
mutuo amore inuicē ſpoliarentᷣ donatiōibus.& in.l.ij.
eo.tit.dr̃.neqꝫ eis eſſet ſtudiū liberos educandi:& idē dr̃
l.iij.ff.eo.ex ꝗbus verbis manifeſtæ colligitur,qđ illud
vbū moribus ibi poſitū ſapit bonos mores cōtra Imo.
& alios.d.c.cū cōtingat.¶Et licet Fede.de Senis cōſ.ſuo
Cā quare dona. inter vir. et vxo. ꝓhibetur.
16 cxlj.inci.punctus qōnis cōtingat.dicat †ꝙ donatio inter
virū & vxorē ꝓhibeatᷣ,ne matrimonia eſſent venialia,
& vt daretur cā diuortij:ꝙ ideo ex quo illa cā diuortij
ceſſat hodie de iure canonico.c.gaudemus.de diuor. ꝙ
etiam ceſſare debet prohibitio:cum ceſſante cā, ceſſare
debet effectus.¶Dicendum eſt ad hoc ꝙ licet ceſſet vna
rō depoſitis.d.l.j.ij.&.iij.nō tñ ceſſant alie rōnes ꝓhibiti
ue:& ꝑ cōſequens remanet prohibitio firma.l.ſi nō lex
eliaſcētia.ff.de here.inſti.l.liberorū.§.notāter.ff.de his q
no.infa.§.affinitatis.inſti.de nup.ſed ſic eſt ꝙ aliæ rōnes
poſitę in.d.l.nō ſunt ſublate:vt iā hic āte dictū eſt de plu
Matrimonij bona tria.
17 ribꝰ.Itē etiā de alijs ſatis cōſtare pōt:nā †bona matrimo
nij q ſunt tria,fides proles & ſacramentū.gl.in.c.fi.de cō
di.appo.poſſent impediri,ſi prædicte donationes vale-
rent:& primo q̃tum ad bonum ꝓlis videretᷣ impediri,
ſi valerent tales donationes: quia potius vacarent vir
& vxor.talibus donationibus , quam educationi libe-
rorum vt probatur in.d.l.ij.ff.de dona.inter vir.et vxor.

ITē etiam impediretᷣ ipſum ſacramentū matrimonij:
ꝗa ſi erāt donationes impediretᷣ ipſum matrimoniū,
& poſtmodum induci poſſet diuortiū.vt.d.l.j.ij. &. iij.
et iō dicit Bal.in.l.fi.C.de dona.ante nup.ꝙ ꝑ talē dona
tionē ſequitᷣ indignatio animorū,et exinde diuortium:
q̄ oīa ſunt contra bonos mores & cōtra bona matrimo
18 nij:†ꝗa matrimoniū nō eſt inſtitutū libidinis cā,ſed cā li
berorū ꝓcreādorū:et iſtud ē bonū ꝙ appellamus ꝓles.
Mrimonīū quare inſtitutum.

ITem eſt inſtitutū matrimonium vt ſit perpetuū,non
vt ſit diuortiū:iō appellatur ſacramētū.Item eſt inſti-
tutū vt inter eos fiat fides non ſolū in eo ꝙ reſpicit pu-
dorem matrimonij,ſed etiā vt in cunctis ſit caſtitas, a-
mor & honeſtas:& cōtra ꝙ bonum directè opponitur
depauperatio.& ꝑ illum tex.refert ꝙ talis donatio cū ſit
cōtra bonos mores,non firmatur iuramento.& ſubdit
etiā ibi Bal.ꝙ eſt dare aliam rōnem ſpālem in vxore do
nante:quia præſumitᷣ decepta perſuaſionibus viri.& al
le.dicta per ſe in.l.j.e.tit.¶Et ita dici poteſt in marito,vt
Mulierū aſtutia et fraus.
præſumatᷣ deceptus fraude & perſuaſione vxoris: quia
vt dicit Seneca in.v.tragedia.inſtruitᷣ oīa fraude fœmi-
nea dolus.iuxta illud:Adam Sanſonem,regem Dauid
& Salomonē Fœmina decepit,quis mō tutus erit?& iō
dicit Bal.ꝙ talis donatio opponitᷣ directo bono matri-
monij:& licet Fede.de ſenis in cōſi.ſ.alle.voluerit & di-
xerit ꝙ talis donatio nō directe impediat bonū matri-
monij:quia ſemper hoc non contingit,ſed ſolū occaſio
naliter cōtingere pōt:vt habetᷣ.d.l.ij.quę ꝗdem occaſio-
nes cū ſint remote nō debent attēdi quin ſeruetᷣ iuramē
tum ꝙ pōt ſine interitu ſalutis ęternę obſeruari: vt not.
in.d.c.q̃uis pactū.de pac.i.vj.ꝓut ē voluit Io.de Imo.ſe
quēdo Ant.de but.d.c.cū cōtingat.tñ ex p̄dictis apparet
ꝙ p̄dicta donatio directe opponitᷣ bono matrimonij.

IMmo etiam & ꝙ plus eſt,qñ ſolū occaſionaliter im-
pediretur bonum matrimonij,ipſa ſola occaſio ſuffi
cit ad impediendum actū:vt dicit Bal.in.c.ꝑ tuas. extrà
de probatio.& in.c.qm̄,extrà de teſtibus.vbi dicit Bal.
ꝙ modica occaſio impedit actū fieri.pro hoc alle. text.
ſingularem in.l.ergo.§.ſi ex die.cum ſua gl.in ver.modi
ca occaſione.ff.de fideicom.liber.

QVanto ergo fortius in caſu noſtro,eo ꝙ non ſolū
eſt modica occaſio,ſed magna:prout.ſ.dictū eſt.
& etiam dicit Bal.in.l.j.de dona.inter virū &
vxorē.in ſuis recollectis:ꝙ ſi eſſet integer amor inter vi-
rum & vxorem,propter amorem ſe ſpoliarent proprijs
bonis,nec aliquem modū ſeruarēt in donando.

ITem ēt ꝗa maius ſtudiū eſſet circa extorquendā do-
nationē,q̃ꝫ circa educationē liberorū:vt iā dictū eſt.
19 ALtera namqꝫ †ſolutio ad predictū motiuum ſcili-
cet de futura ſucceſſiōe:quia pactū de futura ſuc-
Pactum de ſuccedendo.
ceſſione,ꝙ eſt contra bonos mores,validatᷣ iuramento
erit talis,ꝙ ſalua pace dñorum iſtud ita ſimpliciter dicē
tium:ſi bene cōſideretᷣ illud pactum de futura ſucceſſio
ne ꝙ eſt contra bonos mores,ſcilicet affirmatiuum: eſt
nō tam ſolū cōtra bonos mores,q̃ꝫ etiā in detrimentum
alterius:& fortius,quia inuitat hoīes ad delinquendum
ſcilicet quia inducit votū captande mortis.ita tex.in.l.fi.
C.de pac.iō tale non validatᷣ iuramento:per regulā nō
eſt obligatoriū:ſed bene pactū negatiuum,ꝙ eſt contra
bonos mores:vt tenet Iaſ.in.l.pactum.in.ij.col.C.de col
la.ſaltē nō vergit in detrimentū alterius:nam matrimo-
nia per hec impediri nō poſſunt.cùm dicit tex.in.c.q̃uis
pactum.de pac.in.vj.filia dote contenta , & ideo cum

nõ habeat illas cãs prohibitiuas in.d.c.q̃uis.et in.d.c.cũ
cõtingat.ſcilicet,qa nec vergit in detrimẽtũ alterius:nec
in diſpendium ſalutis æternæ:& ita eſt cõis oĩm opinio
in.l.ſtipulatio hoc mõ concepta:& eam dicit ibi cõem
Iaſ.poſt Ale.& Ang.ff.de verb.oblig.& doc.in.d.c. q̃uis
pactum.¶Et ſi contra iſta inſtaret aliquis qđ vergit in
detrimentũ filiorũ poſtea naſcentium vel mariti.¶Dic
iſtud non eſſe principale detrimentum,ſed ſecundariũ,
ꝙ quidem non eſt in conſideratione.gl no.in.d.c. q̃uis
de pac.in.vj.quam quidẽ gl.dicit eſſe ſing. Iaſ. in .l. nec
quicq̃.§.vbi decretũ.in.vj.col.ff.de offi.procon.& in.l.
filiuſfamilias.§.duci.in.vj.col.ff.de leg.j.& in.l.cũ quid.
in.ij.lec.in.iij.col.ver.vij.ff.ſi cer.peta.Feli. in .c.humilis.
in.iiij.col.extra de maio.& obe.& in.c.cũ.M.ferrariẽ. in
xiiij.col.extrà de conſti.¶Ego tñ cõtra illã gl. pondero
vnam gl.cõtrariam nõ ponderatã ab aliquo,inquantũ
dicit gl.in.d.c.q̃uis.ꝙ p̃iudiciũ filiorum eſt præiudiciũ
ſecundarium,ꝙ nõ venit in conſideratione.dico ꝙ glo.
in.c.cũ contingat.in gl.fi.dicit totum contrariũ:quia di
cit præiudicium filiorũ eſſe conſiderandum:ergo ſequi
tur vnum de duobus:aut præiudicium filiorũ eſt prin-
cipale præiudiciũ:& tunc malè dicit gl.in.d.c.q̃uis. qñ
exemplificat pro ſecundario,aut eſt præiudicium ſecun
dariũ:& tunc vna illarum adhuc male dicit.relinquo co
gitandum.¶In caſu tñ noſtro poſſet dici præiudicium
principale:cũ donatio poſſit taliter fieri ꝙ nihil remane
bit:& ſic erit detrimẽtum filiorũ,ſi pater aut mater,erat
diues & filius ſit pauper.vt ſuprà dixi,ꝓpter text.in.l.iij.
ff.de dona.intet vir.& vxo.cũ dicit famæ coniunctorũ
conſulẽtes in caſu verbo.c.q̃uis,non ſic:quia tex.ille loqui
tur ꝑ ablatiuos abſolutos,ſcilicet filia dote cõtenta:qui
qdem importãt cõditionẽ:ergo cũ quælibet cõditio ha
beat in ſe argumentũ à contrario ſenſu. Bart.in.l.j.in.ij.
col.ff.de condi.& demon.ſi non habeat dotem,non va
lebit tale pactũ,etiam iuramẽto vallatum.item in caſu
noſtro etiã ſecundarium detrimentũ eſt in conſideratio
ne diſpoſitione iuris:quia ius cõſiderauit tale detrimen
tum.d.l.j.ij.&.iij.ff.de dona.inter virum & vxorem.

ET per ſupradicta ſatis etiã eſt reſponſum ad capita
Iuramentũ ꝙ ſeruandum. 20 le fundamẽtum,ꝙ facit totus mundus,ſcilicet†qđ
iuramentum ꝙ põt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ
eſt ſeruandum.ꝑ.c.cũ contingat.extra de iureiurã.quia
ille tex.nõ ſolũ dicit ꝙ põt ſeruari ſine diſpendio ſalutis
æternæ.ſed etiam dicit rex.nec vergat in detrimentũ alte
rius.pondero nouiter,ꝙ non ſufficit vnum iſtorũ,ĩmo
alia requiruntur:& hoc ꝓpter dictiones,nec etiam poſi-
tas in.d.c.quæ quidẽ importat incluſam copulatiuã: vt
vult tex.quem ad hoc ponderat & not.Bar.in.l.ſi qs ita
21 ſtipulatus fuerit.ff.de verb.obl.ſed†cũ adveritatẽ copu
latiuæ requiraꝛ vtraq; pars vera:nõ ergo ſufficit vnã eſſe
ex iſtis,ſcilicet ꝙ poſſit ſeruari ſine diſpẽdio ſalutis æter
næ:ſed ẽt alia ſcilicet ꝙ nõ vergat in detrimentũ alterius
quæ qdem in caſu noſtro nõ eſt:vt ſuprà dixi.ergo &c.

ITem alia rõne probatur ꝙ nõ ſufficit vna illarum rõ-
num,immò ad hoc vt habeant locũ prædictæ decre-
tales requiriꝛ ꝙ ambæ ceſſent:immo vna remanente nõ
poterit tex.ille habere locũ:quia habemus tex.in.l.ſi nõ
Regula. 22 lex eliaſcentia.& ibi Bal.ad hoc not.ff.de hære.inſti.†ꝙ
quotieſcũq; in.l.poſitæ ſunt duæ rõnes,nõ ſufficit ceſſa-
re vnam.Et iſtam regulam tradit.Bar.in.l.ij.in.vj.col.ff.
de vulg.& pupil.& ibi Iaſ.& in.l.exigendi.in pe.col. C.
de procu.& in.l.alienam,in fine.C.de procu.

23 ITem†vbicũq; ad validitatẽ alicuius actus duo copula
tiuè reqruntur,oportet illa duo ꝓbare dicenti actũ eſſe
validũ.tex.in.l.ſi hęredi plures.ff.de cõdi.inſti.accedit di
ctũ canoniſtarũ in.c.ij.per illũ tex. extrà de reſcri. ꝙ qñ
duo ſunt copulatiuæ ꝓbanda,nõ ſufficit alterũ ꝓbare:
ſed hic duo copulatiuè reqruntur:vt patet in.d.c.cũ cõtin
gat.& in.d.c.q̃uis.qa reqriꝛ ꝙ nõ vergat iuramentũ in
detrimẽtũ alterius:igiꝛ &c.¶Itẽ ꝙ poſſit ſeruari ſine di-
ſpẽdio ſalutis æternæ.Dicẽti ergo actũ ſuꝑ quo interpo
ſitũ eſt iuramentũ debere valere,debet iſta ꝓbare:ſed in
caſu nr̃o donationis inter virũ & vxorẽ non põt ꝓbare
qa vergit in detrimentũ alterius:vt.s̃.dixi:ergo &c.Videꝛ
tñ ꝙ iſtæ regulæ adinuicẽ cõtrariantur:vt voluit quodã-
mõ ſentire do.Iaſ.i.l.ij.in.j.col.ff.de cõdi.ob cãm.¶Sed
dic ꝙ cõcordãt:qa ad impediẽdũ actũ reqrentẽ plura co
pulatiue ſufficit ꝙ remaneat vnũ: vt actus talis ĩpediatur,
et ita loquũtur iura primę regule:ſed ad ꝓbãdũ actũ vale
re,q qdẽ ꝓ ſui validitate plura copulatiuè reqrit,opus eſt
ꝙ ꝓbet oĩa:et ita loquuntur iura ꝓ ſcđa regula allegata.

DIco fortius ad.c.cũ cõtingat.et realiter intelligẽdo
24 illũ tex.ꝙ†etiã iuramentum appoſitũ in cõtractu
vel pacto ꝙ non eſt cõtra bonos mores,ſi tñ vergat in
pręiudiciũ alterius,non validat ipſum actũ.ita tex.ibi q
nõ fuit factus ad aliud:ſed non põt negari ꝙ donatio in
ter virũ & vxorem vergat in alterius detrimentũ:ergo.

25 FOrtius dico,†ꝙ etiã ſi iuramentũ apponaꝛ in actu
q̃ fit contra bonos mores,etiam naturales ſi nõ ver
gat in alterius detrimentũ validat ipſum actũ. de hoc
eſt tex.multũ not.in.c.debitores.extrà de iureiu.q opti-
26 me ꝓbat:†qa ſolutio vſurarũ eſt contra bonos mores | Solu[tio] vſura[rum] valid[atur] iuram[en]to.
naturales:qa inducit peccatũ:& tñ validaꝛ iuramento:
ſed illa potiſſima rõne:qa nõ vergit in alterius detrimen
tũ.Deberet ergo ad iſtã ſolutionẽ ſuccedere regula,non
eſt obligatoriũ:licet nõ vergat in detrimẽtum alterius.
¶Sed rñdeo multũ notabiliter:& iſta eſt vera ſicut deus:
27 ꝙ ſi iuramentũ cõtinet turpitudinẽ ex parte iurãtis: nõ
põt qs ſe obligare ad pactũ,vt in dicta regula:ſed ſic eſt
in caſu nr̃o cõtinet turpitudinẽ ex parte iurãtis:q̃a vnus
fit pauper,et alter locupletior:ꝙ eſt cõtra ius naturale.
d.l.nã hoc natura.ergo inducit peccatum:vt vult Pa.in
c.quẽadmodũ.extra de iureiur.Turpitudinẽ em̃ negare
non poſſumus:cũ ſi efficiaꝛ pauper,nemo negabit qđ
nõ ſuccedat illud Boetij dictũ ſupra relatũ:vel etiã me-
lius,quia bñ conſiderãdo ex parte vtriuſq; conſideraꝛ
turpitudo:cũ mutuo amore ſe ſpolient:iſtud eſt ex par
te iurãtis:& ſic eſt turpitudo ex parte illius.Itẽ matrimo
nia diſſoluuntur:ꝙ eſt turpe ex parte vtriuſq;. Ecce ergo
qñ in hoc caſu,cũ ſit turpitudo ex parte vtriuſq; ad mi
nus ex parte iurãtis,nõ põt validari iuramento:in caſu
capituli debitores.nõ verſaꝛ turpitudo niſi ex parte reci
pientis:& iſtã ſolutionẽ multũ notabilẽ dedit do.Abb.
Pa.in.c.fi.in fi.extra de pac.Quã qdẽ ſolutionẽ refert &
ſequiꝛ do.Feli.in.c.debitores.in.ij.col.extrà de iureiur.

AD illud fundamentũ ꝙ dicitur ꝙ iuri publico nõ | Rñ[sio] tertio fund[a]ment[o].
põt renuntiari ſimpliciter,& tñ cum iuramento,
ſic,& pro hoc fuit allegatum per vos.c.ſi diligenti.extra
de foro competenti.cum Iaſ.in.l.ſi quis in conſcribẽdo.
C.de pac.in fine.dicat Iaſ.quicquid voluerit & vos poſt
eũ:quia ille tex.mihi ꝓbat contrarium:& ſi Iaſ.cũ ſuis
caſſialupis diceret adhuc decies,dicerẽ ꝙ decies falſum
diceret.Et ſi volueritis tenere cũ Iaſone,reſpondeatis ad
c.ſi diligenti.& ego ero contentus:alˀs non: cum habeã

tex.ita clarum:immo dicit totum contrarium Bar.in.l. Seius Augerius.ff.ad.l.falci.¶Ad illud fundamentũ ꝙ fit donatione facta filio per patrẽ quæ licet de iure non valeat,tñ validat iuramẽto:ꝙ non est admirandũ:quia talis donatio neq; vergit in detrimentũ alterius, scilicet principaliter:neq; tendit in dispẽdiũ salutis æternæ,neq; est contra bonos mores,nimirũ si validetur iuramẽto.

ITem ꝙ dicta donatio etiam iuramento nõ firmetur, facit rõ Ang.in.l.si quis ꝓ eo.ff.de fideiuſ.scilicet ꝙ eo ꝙ lex resistit potẽtię donandi,& dirigit verba sua ꝓhibitiua in ꝑsonas coniugum:eo ꝙ ipsi donãtes videant peccare nõ obediendo ꝑcepto superioris:et sic cum ipsa ꝑstatione iuramenti peccet.talis donatio nõ firmat iuramento:ꝑ rõnem Bar.in.d.l.si quis ꝓ eo.ff.de fideiuſ.

Conclusio.

EX quo cõcludo intrepide cũ Bart.in.l.j.ff.de dona. inter virũ & vxorẽ.cum quo tenent multi pręalle. ꝑ do.meũ Iaſ.in.l.pacta quæ cõtra.C.de pac.Et istã opi. tenent longe plures et excellentiores doctores,& longe maioris autoritatis,q̃ doctores tenẽtes aliam opi.quos alle.cũ pluribus rõnibus do.Soci.cõsi.suo. lxv.in. vj. & vij.col.& etiam dicit Fran.de curte in consi.suo.lxvj. ꝙ ista opi.est cõis & verior,eo quia verificat subtilioribus modis & rõnibus:& tenet per illustriores doctores & prestantiores,pondere,numero,& mẽsura: tenet etiam hanc opi.quidam Io.Papiñ.in quodam suo consi.ꝙ incipit:quidam barbaculi q nesciũt se nimias fabas comedisse,nisi cũ ventrem dolent.loquendo illis qui tenent contrariam opinionẽ.Quod quidem contrariũ allegat per Bartho.Veroñ.in cautela sua.vj.alleg.cũ quodam Raynerio de monte.Et quia Bar.voluit tenere cõtrariã partem in.l.Seius Augerius.ff.ad.l.fal.quia donatio inter virũ et vxorẽ nõ reprobatur,neq; rõne publicę vtilitatis:quia salua pace & rõne turpitudinis cum inuitentur ad delinquendum:& sic est contra bonos mores.

ITem rõne publice vtilitatis:cũ si esset permissa, multi abstinerẽt ab educatiõe liberorũ:& matrimonia multa dissoluerent.vt est tex.in.l.j.ij.&.iij.ff.de dona.inter virũ et vxorẽ:sed ĩterest reipublicę vt matrimonia maneãt & liberi procreent:vt ciuitas hominibus repleat:ita dicit tex.l.j.ff.sol.mat.salua ergo pace dñi Bar.in hoc errauit. ¶Item idem Bar.voluit tenere illam opinionẽ in.l. si q̃s pro eo.ff.de fideiuſ.sed si bene aduertatur ad ea quę supra dixi fundamẽta,Bar.in illis duobus locis cõfundũt illum:quia licet bene cõsiderauerit,non tamen ea bene adaptauit:vt clarè colligitur ex supradictis per me.

Consuetudo nostra valet.

REtenta ergo ista opinione pro vera,clarũ est ꝙ cõsuetudo nostra ducatus Burgundiæ valet , cũ sit cõseruatiua iuris:et si talis cõtractus non rõne consuetudinis nõ veniat annullandus,saltem rõne iuris cõis : nec poterit nocere in hoc statutũ,neq; cõsuetudo:cũ ea quæ exprimi non debent,si exprimuntur etiam inepte nõ viciant.tex.est in.l.j.C.de rei vxo.actio.cum infinitis ꝑ Iaſ. alle.in.l.vinum.in pe.col.ff.si certum petatur.& per eundem in.l.edita.in.ij.col.C.de eden.& per Panor.in.c.examinata.in.vj.col.extrà de iudi.& per eundẽ Iaſ.in.d.l.ij. in.iiij.col.ff.de iuriſ.om.iudi.

SEd ne videar cooperiri sacco inundato,tenendo hãc nostram consuetudinẽ hac sola rõne posita opi. cõi pro vera:videlicet ꝙ donatio inter virũ & vxorẽ validatur iuramento:non tamen fatendo illam in totum, adhuc dico consuetudinem nostram dictantem maritum vxori donari non posse,nec econtra cum iuramẽto valere.Et in hac materia inuenio plures opiniones: anteq̃ tñ recitem eas,volo respondere ad obiectum factũ contra cõem in articulo precedenti:et pro opi.q̃ ego tenui. Quod quidẽ fundamentum dicit dñs Ludouicus de soubterrã esse suum:sed parcat mihi dominatio sua: q̃a (vt infrà dicam,qñ ad illud respondebo.)non creuit originaliter in horto suo.sed Io.de Imol.in.c. debitores. de iureiur.vt infrà dicam.sed credo bene ꝙ non viderat adhuc Io.de Imo.& ideo potuit dicere suum.

Rñdet obiectis.

FVndamentum em̃ tale est.Ratio quare ꝓhibeat donatio inter virum & vxorem ponitur in.l.j.ij.&.iij. ff.de dona.inter virũ & vxorẽ.Sed sic est ꝙ illa rõ habet locũ siue apponatur iuramentum,siue nõ:ergo idẽ ius statuendũ est.Ad illud dico primo ꝙ mihi vr̃ ꝙ tale fundamentum non potest militare.Et probo sic.Illa q̃ sunt penitus diuersa & separata,separatam rationem habere debent:cũ separatorum separata debeat esse rõ:tex.in l.qui fundum.§.si fundũ.ff.pro emp.sed sic est ꝙ donatio inter virum & vxorem simplex,est penitus diuersa & separata à donatione iurata:ergo.¶Quod aũt donatio inter virũ & vxorem simplex,sit penitus diuersa & separata:et sit alia donatio q̃ donatio iurata,probatur. Nam vbicunq; alicui rei aliquid additur vel detrahitur dicitur noua & diuersa res à prima.tex.est not.in.l.j.§.si quis simpliciter.& ibi Iaſ.ff.de verb.obli.tex.& ibi Iaſ.in l.ius aũt ciuile.ff.de iusti.& iure.tex.& ibi Iaſ.in.l.j.§. & post operis.ff.de noui operis nuncia.

ADDITIO. De hac regula vide Mat.de af.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, cum circa iustitię.in.viij.not.ꝙ tñ intelligit verum, nisi ꝑ nouam additionẽ derogaretur antiquis iuribus ꝙ est notandum:vt ibi inducit ad casus singulares:q cũ sint extra propositum,nõ insisto.*¶Sed sic est ꝙ donatiõi inter virum & vxorem additur iuramẽtum:ergo dicit diuersa & separata,si diuersa & separata,ergo non mili-
28 tat prædictũ fundamẽtum:†immo,ꝙ plus est iuramẽtum habet hoc ꝑcipuũ ꝙ alterat actũ sup quo interponitur vltra naturam suam,vt.l.j.ver.confirmasti.C.si adver.ven.l.si quis maior.v̾bo:solidauerit.C.de transa.Faciunt infinita quę hic adduci possunt:q̃a actus simpliciter de per se non valent,& tñ cum iuramento valent.

Dicta corroborat.

29 COrroboratur:†nã vbicũq; in aliquo actu simplici addit noua qualitas,illa qualitas facit illũ penitus esse diuersum & separatũ à primo.tex.est ad hoc notabilis in.c.statutum.de electione,maxime iunctis ibi no-
30 ta.per Ioannem Andreę:vbi dicit†ꝙ appellatione ecclesiarum parochialium non veniunt ecclesie parochiales & collegiate.Hinc infert Pa.in rubrica extra de vita &
31 honestate clericorum.†qđ appellatiõe clericorũ nõ veniunt existentes in dignitate. de qua regula multum solenni non fuit oblitus Eeli.qui eam summopere commendauit in.c.licet in corrigendis.in vlti.colũ.extrà de officio ordinarij.& in.c.tua nos.(le premier.)prima col. extrà de iureiur.vbi plenius.& dominus Abbas in.c.j. extrà de institutioni.& in capi.primo.extrà de iuramẽto calum.cum infinitis allega.per dominum Felinum in dictis locis supra allegatis. ¶Item actus iuratus est potentior quàm non iuratus:vt in terminis dicit Boerius in consuetu.septenæ Bituriceñ.titu. de donatio .§. secundo.

ITEM quod sit diuersa , patet alia ratione: nam vt dicit Ioan. de Imol . in .c. debitores . extra de ius-

reiuran. & post eum Feliñ. si vna & eadem rõ sit in accessorio q̃ est in principali, quare nõ ita vitiatur accessoriũ sicut principale: cũ vbi sit eadem rõ idem ius statuendũ sit, ergo in casu nostro si vna est, & eadem rõ in accessorio scilicet in iuramento, sicut in principali: cur non ita vitiatur accessoriũ sicut principale, & sic patet ꝙ istud fuit originale fundamentũ do. Io. de Imo. ad ꝙ quidem dici: ꝙ nõ est eadem rõ in accessorio, scilicet in iuramento, q̃ est in principali: voluit em̃ ipse Io. de Imo. & Fel. inferre, ꝙ cõtractus simplices q̃ sunt inter partes absq; iuramento obligant solũ vnam partẽ ad aliã: & non obligatur promittens nisi soli parti cui ꝓmittit: secus in cõtractib⁹ q̃ fiunt cũ iuramẽto: q̃a parti cui promittitur et Deo obligatur ꝓmittẽs: & licet dicantur cõtinere turpitudinẽ respectu partis, non tñ possunt cõtinere turpitudinem ex parte Dei: & sic cũ euidenter pateat aliam esse rõnem in donatione simplici inter virũ & vxorẽ, & donatione iurata, non põt idem ius statui: & ꝑ consequens nõ obstabit fundamentũ dñi Ludouici: q̃a tñ intentioni mee est veritati adherere: his rñsionib⁹ nõ obstãtibus, dico fundamentũ dñi Ludouici in casu nr̃o militare: & pro opinione mea cõtra cõem multũ mihi seruire. et ad ꝑdictas rñsiones datas ad predictum fundamentũ respondeo.

AD primam em̃ dico ꝙ nõ obstat ꝙ dicitur vbicũq; aliqd additur alicui primo actu, dr̃ nouus actus & diuersus, & ꝑ consequens diuersam rationẽ habẽs: q̃a dico ꝙ illud est verum qñ additur aliquid qđ habet in se validitatẽ: secus aũt si addatur aliquid ꝙ sit nullũ: q̃a certũ est ꝙ id ꝙ nullũ est, nullũ potest ꝓducere effectũ. gl. in. l. si accusatorib⁹. in gl. fi. C. de accu. cũ infinitis adductis ꝑ Ias. in. l. licet. in. ij. col. C. de procu. in. l. vbi pactũ in. vij. col. C. de pac. in. l. ij. §. q̃si in patris. in. vij. col. ff. sol. mat. multa ꝑ Corsetũ in suo repertorio in ℣bo, baptismus. sed nũc certũ est clarũ ꝙ iuramentũ in casu nostro appositum est nullũ & inualidum: vt suprà satis sufficienter ꝓbaui: et adhuc dicã nũc in sequẽti mẽbro: ergo nõ poterit operari aliquẽ effectũ, et ꝑ cõsequẽs nõ faciet actũ in quo apponitur diuersum à primo simplici: & per cõsequẽs remanebit destructa illa regula diuersorũ diuersa & separata debeat esse rõ: cũ isti act⁹ nõ sint diuersi: immo remanebit regula illa nostra: vbi est eadem: rõ idẽ ius statui debet in suo essẽ & robore: immo, ꝙ plus
32 est, †iuramentũ semp sapit naturã actus sup quo interponitur: facit tex. in. l. fi. & ibi Bar. & Bal. C. de nõ numerata pec. ¶ Faciũt et infinita allegata ꝑ do. Ant. baueriã in suo singulari tra. de effectu iuramẽti in. lxxij. priuilegio
33 iuramẽti. ¶ Item ꝙ plus est, †adiectio qualitatis nõ alterat substantiã. l. & an eadẽ. ff. de excep. rei iudicate. l. cũ corpus. ff. de acq. rerũ. do. l. senatoris fili⁹. ff. de sena. l. j. C. de dig. li. xij. gl. pragmatice sanctiõis tit. de colla. §. item placuit ipsi cõgregationi. in gl. in ℣bo, parochialibus.

Adiectio qualitatis nõ alterat substantiam.

AD secundam vero responsionẽ datã ꝑ Imo. et Fel. cõdescendens p̃suppono illud ꝙ voluit Bal. mul-
34 tũ notabiliter in. l. si ad excludẽdũ. C. de rebus credi. †ꝙ vbicunq; ex impletiõe iuramẽti sequeretur iniustitia vt in casu nostro: vt supra dixi: qñ dixi ꝙ est contra charitatẽ & sic cõtra iustitiã: & sic in hoc est dispẽdiũ salutis æterne: ꝙ satis supra ꝓbaui in casu nr̃o: cum ꝑ donationem nr̃am inducatur ad delinquendũ: immo fortius si ex nostra donatiõe inducerentur solũ ad delinquendũ venialiter, adhuc tale iuramẽtũ nõ est seruãdũ: ita tenet Archi. in. c. ij. de pac. in. vj. quẽ multũ apud legistas cõmendat

Iuramentũ pctm̃ generans nõ seruãdum.

Bal. in. c. j. §. itẽ sacramẽta. in vlti. col. de pace iura. firmã. vel etiã ex ipsa impletione iuramẽti sequeretur detrimẽtum alteri⁹ ꝙ in casu nostro negari non põt: vt supra dixi, tale iuramentũ nõ est seruandũ: immo nunc ad ꝓpo
35 sitũ descendẽs †nõ obseruans tale iuramentũ non efficitur periurus. ita tenet Lud. ro. ĩ singulari. suo. cccccx. et Bar. in. l. si qs in prin. testamẽti: in vlt. col. prin. ff. de leg. iij. cũ cõcordã. alle. ꝑ Ias. in. §. itẽ si quis postulãte. in. xiiij. col. insti. de ac. q̃ nõ fuit recordatus de singulari Lud. de ro. cũ alijs etiã concordan. alle. ꝑ Feliñ. in. c. tua nos. in. ij. & iij. col. extra de iureiu. Si ergo non efficitur periurus præstans iuramẽtũ ꝙ nõ est seruandũ, quia illicitũ: cõsequẽter patet ꝙ nõ obligatur Deo: & iõ clare patet ꝙ rñsio Io. de Imo. et Feli. nõ habet locum in casu nostro: cũ tale sit iuramentũ ꝙ non est seruãdum immo est inualidũ.

Non [obser]uans [...] fit per[iu]rus.

REcitato ergo isto fundamento, ad quatuor opiniões quas in materia nostra inuenio, iuxta superius ꝓmissum cõdescẽdo. Et primo inuenio ꝙ Ias. in. d. l. fi. ff. q̃ satis. cog. pro sua prima opinione recitat & in mediũ adducit opinionẽ glo. in. l. adigere. §. fi. ff. de iure
36 patro. q̃ tenet indistinctè †ꝙ sicut papa põt remittere iuramentũ, ita lex seu statutũ: q̃a habet vim apostolici, & illã gl. dicit esse singularẽ Bal. in. c. ij. in pe. col. extra de ꝓbatio. sed salua eius pace nõ viderat gl. in. d. l. fi. q̃ dicit
37 †ꝙ lex ciuilis, & sic princeps secularis põt remittere iuramentũ: & in multis locis tenet Bal. istã opinionẽ. de quibus per dictũ Ias. in. d. l. fi. in. iij. col. ¶ Et vide in materia huius articuli Io. sanxon. in cõsue. Turoneñ. (Des successions de gens roturiers) arti. viij. vbi ample.

Papa [...] test re[...] mitte[re] iuram[en]tum. Et le[x].

38 ET istam putarẽ posse defensari primo, ꝑ ea q̃ dicũt docto. †qđ veniens contra preceptũ principis seu superioris peccat mortaliter: vt ponunt oẽs in. c. cũ con
39 tingat. extrà de iureiu. †quia in omni iuramento intelligitur excepta autoritas superioris: & ꝓ hoc possent adduci. xiiij. decisiones, quas nõ trãscribo, eo quia sunt Ias. preceptoris mei in. d. l. fi. ff. q̃ satis. cog. in. ij. & iij. col. ☞ ¶ Et vide Fely. in. c. constitutus. in. vj. col. extra de rescriptis. & Alex. in consi. cxxiiij. in. j. volu.

ITem vna alia subtili rõne posset sustineri, q̃ꝫ adducit
40 do. meus: †quia pars in cuius fauorem est præstitum iuramẽtum habet vim apostolici. tex. in. c. j. de iureiu. cũ concordan. per eum alle. Sed si pars habeat vim apostolici, ergo multo fortius statutũ. per tex. in. l. fi. in fi. & ibi per Bal. C. de fideius. & hoc maxime qñ est causa rationabilis, vt in casu nostro: quia tunc talia statuta valent, & vim apostolici habent, ita Bal. in. l. ij. in fi. C. de indicta vidui. tollenda.

NEc obstat vt mihi vr̃ somnium Pauli de castro dicentis ꝙ illa gl. est intelligenda de iure ciuili, non de iure canonico: qđ q̃dem est attendendũ: quia dico qđ non potest sic intelligi: immo non est intelligenda quo ad suos, etiam de iure canonico. Et probo per vnã aliam decisionẽ multũ notabilem: nam vt dicit Albericus de rosa. in. l. cunctos populos. in vlti. col. C. de sum.
41 trini. & fide catholica. †qđ si statutũ disponat qđ debitores vel fideiussores ad vsuras cõuenti nõ possint opponere exceptionẽ qđ vsure nõ debeantur: et fideiussor vigore huius statuti coactus est soluere vsuras repetẽdo à debitore principali: nõ poterit debitor opponere qđ male fecit soluere vsuras, quas de iure soluere nõ tenebatur: q̃a postq̃ꝫ de facto seruatur statutũ ꝑ principes factũ q̃ ita volunt de facto seruari: est perinde quo ad subditos ac

De[...] nota[...]

tos ac si de iure valeret.allegat illud ꝙ habetur in.c.peruenit.extra de fideiuſ.& ꝙ no.Inno.in.c.j.et.c.ſalubriter.extra de vſuris cum concordan.allegatis ꝑ Iaſ.in .l. vbi pactum.in pe.col.C.de tranſa.& in.l.dedi.j.§.ſi liber homo.ff.de cõditio.ob cãm.& dicit Alberi.vt refert Iaſ.in dictis locis ita fuiſſe iudicatũ:nãvt claræ patet ex iſta decisione quæ loquit̃ etiã in vſura q̃ eſt de iure canonico prohibita:& ſuper qua non poteſt ſe interponere princeps,quia inducit peccatum:& tñ vides ꝙ tale ſtatutũ eſt ſeruãdũ:ſic ergo in caſu noſtro licet eſſet ꝓhibitum principi diſponere ſuꝑ iuramento:quia ſtatutũ factum ſuper eo per principem & ſuperiorẽ.ſeu approbatũ vel toleratũ de facto obſeruatur perinde eſt habendum & reputandum quo ad ſubditos ac ſi de iure valeret.

Conſuetudo idẽ ꝙ ſtatutum.

42 NEc obſtat illud ꝙ dicitur†ꝙ ſtatutũ & conſuetudo pari paſſu ambulant:quia conſuetudo idẽ eſt ꝙ ſtatutum. Bal.in.l.ij.circa fi.C.de bonis quę liberis:cũ aliis ad hoc allegatis per Iaſonem in.l.de quibus.in vlt. col.ff.de legibus,& in.l.oẽs populi.in prin.in prima lectura.ff.de iuſti.& iure.ſed ſic eſt ꝙ cõſuetudo non excuſat à pœna æterna:vt vult gl.not.in.c.deniq́.iiij. diſtinctione,q̃ allegat Panor.in.c.cum venerabilis.& reputat ſingularem de conſuetudine.& refert & ſequitur Iaſ. in l.qui iuraſſe.in.ij.col.ff.de legi.idem Iaſ.in .l. qui iuraſſe. in.ij.col.ff.de iureiur.& in.l. ait pretor .j.§. iurari. in fine quartę col.ff.de iureiurã.& in.l.ſingularia.in pe.col.ff. ſi cer.petat̃.& in.l.j.in.j.col.ff.ꝙ quiſq́ iuris. ergo nec ſtatutum:& per conſequens nõ ſeruabitur tale ſtatutum.

Statutũ excuſare à periurio ꝓbat.

43 AD iſtud reſpondeo pluribus modis.primo†ꝙ ſtatutum excuſat à periurio,et ſic à pœna æterna.ꝓbatur ſic:nam iuſſus ſuperioris excuſat à mora:text.eſt ſingularis,in.l.fi.ff.de lege cõmiſſo.q̃ reputat ſingularẽ Bal.in.c.fi.in fi.de ſequeſtra.poſ.& fructuũ:ſed ego habeo ꝙ quicquid excuſat a mora,excuſat à periurio.tex. in.c.breui.extra de iureiu.Bar.in.l.ꝙ te.& Iaſ.poſt eũ.ff. ſi certum petatur.& in.l.j.§.& poſt operis.in.iij. colũ.ff. de ope.noui nun.& idẽ Iaſ.in.l.ſi quis maior.in.v. colũ. C.de tranſac.ergo patet ꝙ cum ſtatutum ꝙ de facto ſeruatur,vt eſt iſtud apud nos:eo quia habet in ſe iuſſum principis:qui illa mandat & iubet ſeruare ꝑ totam ſuã patriam:ꝙ tale ſtatutum excuſat à periurio:& ſic à pœna æterna:& iſta reſponſio ſeruit tantummodo qñ noſtra conſuetudo eſſet facta per modum ſtatuti.

Conſuetudo excuſat à periurio

44 SEd poſito pro vero prout eſt qḋ non ſit ſtatutum, ſed ſit vera conſuetudo:adhuc probo † qḋ excuſat à periurio:nã eo qḋ iſta cõſuetudo eſt per ſuperiorem tolerata,non ſolum excuſat à pœna temporali,verumetiam à periurio:& ſic a pena eterna.Probatur per ea q̃ refert Feli.in.c.concupiſcentiã.in quarta col.extra de cõ-
45 ſtitutio.†vbi religioſi comedentes carnes contra eorũ regulas peccant mortaliter:niſi conſuetudo tolerata ꝑ ſuperiorem ſit in contrariũ:quia tunc talis conſuetudo eos excuſat.de hoc infra dicam in vltima opinione.

ITem qñ dicitur qḋ conſuetudo excuſat à pena tẽporali,& non æterna,intelligitur de cõſuetudine iniqua & irrationabili:ſecus autem de conſuetudine rationabili:quia cum conſuetudo noſtra ſit iuſta & rationabilis,quia per eam euitantur abſurda:de quibus in.l.prima ſecunda & tertia.ff.de donatio. inter virum & vxorem.Item etiam ſatis ſupra probaui,qḋ eſt iuſta & rationabilis,& per conſequens etiam debet excuſare à pœna æterna.

46 SEcunda verò opinio in hac materia eſt,†quòd nõ põt ſtatutũ laicorum diſponere ſuꝑ iuramento,cũ illud ſpectet ad eccleſiã, vel ad Romanũ pontificem.c. venerabilẽ. de elect.cũ concordan.allegatis ꝑ Iaſonẽ in d.l.fi.ff.qui ſatiſda.cogan.& iſtã ſic credẽ intellectã non puto eſſe verã, ſed illã cum grano ſalis puto defenſari poſſe:bene em̃ verũ eſt,ꝙ ſi ſuper dicto cõtractu donationis ſit appoſitũ iuramentũ,poſtq̃ eſt ꝑſtitum,ꝙ ſtatutum non põt ipſum tollere, neq́ princeps ſecularis: ſed ꝙ ſtatutũ nõ poſſit facere ꝙ iuramentũ appoſitum in cõtractu donationis habeat̃ pro nõ appoſito,& pro remiſſo, iſtud nõ eſt verũ:imo veritas eſt in contrariũ. facit pro hoc text.notabilis in.l.q̃ ſub conditiõe.§.ſi qs ſub iuſiurãdi.ff.de cõditio.inſtitu. & ita debet intelligi glo.in dicta.l.adigere.§.fi.ff.de iure patrona.

¶Probatur primo argumẽto eorũ quæ dicit Panor.in c.eccleſia ſanctę Mariæ in vlti.col.extrà de cõſtitutio.nã
47 certũ eſt†ꝙ ſtatutũ laicorũ non põt aliquid diſponere ſuꝑ clericos.dicit tñ ibi Panor.ꝙ ſi ſtatutũ iniecerit vinculum ſuũ in perſonam aliquã anteq́ ſit clericus:ꝙ tale ſtatutũ ligat etiã poſteà effectũ clericũ:ſic ergo licet ſtatutũ nõ valeat diſponẽs ſuper cõtractu iurato:qa iuramentũ nõ eſt de his q̃ ſunt in adminiſtratione laicorũ: tñ ſi ſtatutũ iniecerit vinculũ in illo actu in quo nondũ eſt appoſitũ iuramẽtũ,põt facere vt tale iuramentũ q̃tũ ad talẽ actũ non habeat obſtare ſi poſtmodũ apponatur,imò ꝓ nõ appoſito habeatur.d.§.hic antè allega.

Statuta laicorũ non poſſunt diſponere de clericis.

PRobatur ſecũdo hac rõne:qa princeps ſecularis vel ſtatutũ laicorum etiã ſuper tali cõtractu iurato poteſt diſponere:nã ratione donatiõis inter virũ & vxorẽ inuitetur ad delinquẽdũ.faciunt tex.alleg.in.l.j.ij.&.iij. ff.de dona.inter virũ & vxorẽ.Sed ſic eſt nũc ꝙ ad euitandũ delicta nondũ cõſummata,ſed cõſummãda permittunt̃ multa q̃ aliàs nõ ꝓmitterent̃:qḋ ſic ꝓbatur.nã
48 certũ†ꝙ par in parẽ nõ habet imperiũ.text.in.l.ille à q̃. §.tempeſtiuum.ff.ad trebellia.text.in.c.innotuit extra de electio.cũ vulg.& tamẽ in crimine committendo vt euitet̃, vel vt illi obuiet̃ inferior corrigit ſuperiorẽ.glo. eſt notabilis.in.c.ij.de hereticis in.vj.¶Secũdo ꝓbat̃,certum em̃ eſt animalia irrationabilia ſubiecta eſſe hoĩ: vt habet̃ Gene.j.Creſcite & multiplicamini,& dominamini piſcib⁹maris.& etiam apud pſalmiſtã.Omnia ſubiecisti ſub pedib⁹ eius.& ꝑ cõſequens videtis ꝙ non eſt licitum animali irrationali corrigere hominem.tñ habemus Numeri.xxij.de quo tranſumptiue.in .c. nos ſi in cõpetenter.ij.q.vij.et in.c.ſecuti ſunt.§.idẽ cum Balaã.ij. q.vij.& in.c.cum ex iniuncto.extra de hereticis.ꝙ ab aſina fuit reprehenſus Balaam ꝓpheta ſeruulus Dei ſupremi:vt delictum ꝑ eũ conſummandũ euitaret̃.¶Ter-
35 tatio deberet magis aggrauare delictũ:†cũ nullũ sit veniale peccatum q̃ nõ fiat mortale,si deducat̃ in consuetudinẽ.ita Pa.in.c.nam concupiscentiam.quasi in fine. extra de cõstitutio.& in.c.relatũ.in.ij.col.extra ne clerici vel monachi.nõ em̃ est dubiũ q̃ lucrũ ex pecunia pueniens est certũ & infallibile,igit̃ etiã cogitandũ est,quia agit̃ de aĩa:& in hoc casu dicit Io.de anania in.c.in ciuitate.extra de vsuris sequẽdo Florẽtinũ,Petrũ de anc. q̃ à talib⁹ cõtractibus est abstinẽdũ pp̃ter dubiũ.& istud dicit:& refert Bernardin⁹ de bustis in prima parte Rosarij sermone.xxvij.in.ij.parte illius sermonis in litera.Y. in medio vsq̃ ad finẽ tu dic q̃ hodie iste cõtract⁹ est permissus,p tex.in extrauagãti Clementis quinti:& Calixti tertij.q̃ incipiunt:regimini.in tit.de emp.& venditio.

ADDITIO. Quod intellige qñ assignat̃ sup aliqua re particulari expressæ ad hoc obligata,scd'm mentẽ Martini & Calixti in dictis extrauagãtib⁹ dixi infrà tit.(des censes).§.fi.in gl.(daulcune)& in Catalogo glorie mũdi in.xij. parte. in. xcix. cõsideratione.ver.pro.xxv.limitatione aduerte. *

Sed his tẽporib⁹ nr̃is ab anno dñi millesimo quingẽtesimo vicesimo primo , & scd'o , inoleuit practica p q̃ oẽs intendũt facere declarari oẽs redit⁹ annuos emptos ad decẽ p vno esse vsurarios cõtractus,& petũtur arreragia cõputari in sortẽ:& tñ,vt cõiter videmus,oẽs reditus annui à.xxv.annis citra illo p̃tio emebantur,& nõ maior meliori,vñ tãta diuersitas hoc tp̃e q̃ non fuit visa alio.Et vtrũ de iure tales cõtractus sint vsurarij, ex quo tali pretio emunt̃ Guido pape cõsi.suo.clxxx.inci. circa pcessum in.ij.col.ibi,ex sic p̃suppositis.in. iij. p̃te, dicit q̃ ex quo in quodã cõtractu assertæ vẽditiõis , de quo ibi nõ interuenit iustũ p̃tiũ scilicet cẽtũ frãcorũ p quinq̃ frãcis reditualib⁹,q̃ ille cõtract⁹ est vsurari⁹. Et iõ pcipiẽs fruct⁹ nõ facit suos:vide eundẽ ibi,vbi ponit q̃d sit iustũ p̃tiũ:et idẽ Guido pape singulari suo.dcccc.xxxviij.dixi ample in meo monologio,in ṽbo, vsura.

36 Decimo aduerte†nũqd in alio casu q̃ quotidie frequentat̃ possit esse vsura aliqs habet fundũ aut domũ,aut alia bona.dat illa alicui priuato vel etiã ecclesie,vt quod vixerit teneat̃ eũ alere:& post ei⁹ mortẽ talia bona sint illi⁹ q illũ aluit,vel emit fruct⁹ alicui⁹ fundi ab ecclesia ad vitã suã p mille ducatis: & superuixit tãto tp̃e q̃ fruct⁹ pcepit,q̃ ascẽdũt ad duos mille ducatos:an talis cõtract⁹ sit licitus vel vsurari⁹.¶Dic q̃ licet multos pceperit vltra sortẽ:tñ non est vsura:qa lucrum nõ erat certũ.c.nauigãti.extra de vsuris.Inn.& alij in.c. in ciuitate.extra de vsuris.Lud.ro.in cõsi.ccxxiij.q̃ incipit,p pleniori discussiõe.i tertio dubio,ad finẽ do.me⁹ Iass.& in.l.de fideicõ.C.de transac.& in.l.si p̃r puellæ.in fine.C.de inof.test.& in.d.l.j.in scd'a lectura.in.xiij. col. C.de sum.tri.Et aduerte,qa si vendo tibi fruct⁹ ad tem

37 pus†licet em̃ plus pcipiat ẽptor de fructib⁹ nõ tñ tenet̃ mihi aliud sarcire rõne incertitudinis:vt.C.de vsu.l.si ea lege.&.l.q̃ si in venditiõe.ff.de hære.vel actio.ven.

38 Vndecimo†dic p limitatiõe vsurã esse licitã & permissam in mõte pietatis Florẽtie,Ianuę,& Papie, & alijs locis,& in prestitis Venetiarũ.De hoc vltimo satis.s.dixi in quinta limitatiõe.sed de alijs istud tenet idẽ do.meus in.d.l.j.in.j.&.ij.lec.in.xiij.colũ.C.de sum.tri. vbi plura alle.idem Bernandinus de bustis in dicto sermone.xxvij.in litera Y. Mons pietatis Florẽtiæ

39 Duodecimo†dic q̃ qñ ecclesia accepit in pignus à vasallo suo feudũ,q̃ ab eadẽ tenet,tunc licite pcipit fructus,c.j.de feudis.&.c.cõquestus extra de vsuris vbi notat̃.& hoc tempore vasallus non remanet obligatus ad seruiendum feudũ:& dicũt quidam speciale in feudo ecclesiastico:sed non credo,licet non reperiat̃ scriptũ in alio:& hoc sic probatur:aut istud est licitum aut illicitũ.Si licitum,ergo idem erit dicendum in laico

q̃a' est eadẽ rõ: ergo idẽ ius est statuẽdũ. c. trãslato. de cõstitutio. c. tua. extrà de cõsanguinitate. l. j. C. de libe. preteritis. Si est illicitũ, si nõ conceditᷣ laico, multominus debet cõcedi clerico: cũ licet vsura respectu laicorũ sit exe-cranda, tñ respectu clericorũ est execrabilior: vt in. c. j. &
40 ij. extra de vsuris. †nã & ꝙ fortius est multa licẽt laicis q̃ clericis sunt illicita. lxxxviij. dist. c. fornicari. c. fili⁹. extrà de test. c. j. ne clerici vel mona. Si ergo istud ꝙ dictum est de feudo eccl'iastico sit licitũ, multomagis debet esse in feudo seculari. arg. c. ꝑ tuas. extra de dona. & istud dicit & tenet Pa. in dicto. c. j. extrà de vsuris. dicẽs, ꝙ est opinio Host. in summa. de vsuris. ver. in aliquo casu. vbi ponit multos casus ex supradictis: in qb⁹ est ꝑmissa vsura & alios ẽt quos nõ posui: sed ista rõ & decisio. Host. facit cõtra quosdã, q̃ pluries mihi dixerũt volẽtes insequi

Vsura an ꝑmissa sit ecclesiæ.

41 lecturã Phili. quẽ refert Pa. in dicto. c. j. †ꝙ vsura erat permissa ecclesię, ꝑ alimentatione & sustentatione ecclesie, sed hoc nõ est verũ: imo etiã nõ est ꝑmissa pro redẽptione captiui. c. quia. &. c. q̃m. extra de vsuris. & dixi. s̃. Immo plus dicit Albe. de rosa. in. l. in tm̃. §. vniuersitati. ff.
42 de rerũ diuisio. †ꝙ si vniuersitas dat pecuniã ad vsurã, ꝙ singuli sunt vsurarij. Allegat Arch. in. c. ij. xlvij. dist. ꝙ intellige verũ in his q̃ cõsentiũt. Cogita, q̃a sunt plures canonici in Burgundia, qui in prædictis non cogitant.
43 SEd nunqd †idẽ sit in emphyteuticario, puta emphyteuticari⁹ accepit pecunias mutuo à dño suo, & dat ei rem emphyteuticã in pignus: an dans mutuũ percipiat fruct⁹ ex re sibi pignorata cõmittat vsurã. Hosti. in dicto loco dicit ꝙ nõ est idẽ: vel forte dicit ꝙ papa esset cõsulẽdus. tu dic ꝙ nõ est in hoc cõsulendus papa: quia istud satis põt decidi, etiã vt dicit Ale. in cõsil. cvj. in pe.

Arg. de feudo ad emphyteusim.

44 col. inci. viso themate in. iiij. vol. vbi dicit †ꝙ q̃n i feudis aliqd disponitᷣ vltra ius cõe, & ecõtra regulas iuris cõis: non est bonũ argumentũ de feudo ad ẽphyteusim: nec de vno ad aliud est fiẽda extẽsio: & dicit ita tenere Moder. in. c. j. extra de feud. & idẽ dicit in consi. seq. in. ij. col. sed ista decisio hui⁹ tex. est cõtra regulas iuris cõis diuini & humani, quæ inhibent vsuras: ergo non debet extendi de feudo ad emphyteusim.

ITem põt dici pro cõtraria parte ꝙ de feudo ẽphyteusim bonũ est argumẽtum. Host. in summa. de feud. And. de ysernia in ꝑludijs feudorũ. iij. charta. Franci. cur. in. j. ꝑte feu. in. iij. q. principali. in. iij. col. vbi ponit in quo cõueniũt: tñ etiã ponit in quo differũt: & do. me⁹ Ias. in l. j. in. xj. xij. col. C. de iure emp. sed tu dic ꝙ istud nõ põt ẽẽ in hoc casu: cũ ista decisio ĩ feudo sit exorbitãs à iure cõi & correctoria iuris cõis in hoc casu: in his maxime q̃ cõcernũt aĩam: ergo nõ fiet extẽsio de feudo ad ẽphyteusim: put voluit do. Ant. de butri. in cõsi. xxvj. inci. viso pred. faciunt q̃ dicit do. meus Ias. in aut. quas actiones. C. de sac. san. eccle. hũc passũ ẽt examinat Bernar. de bustis in prima parte rosarij in sermone. xxvij. in. ij. ꝑte illi⁹ sermonis in litera V. in. ij. col. vbi satis ample: idẽ Host. in dicto loco supra allegato. dicit ꝙ q̃dã dicũt esse idem in colonia: sed dicit ꝙ nõ est verũ: tu ergo dic ꝙ nec ĩ emphyteusi & vsufructuario: q̃a vt dicit vnũ est priuilegiũ ꝙ excusat ab vsura: ꝙ nõ loqᷣ in ꝑdictis, sed tm̃ in feudo: ergo nõ erit extendendũ cũ si bñ aduertatᷣ ad rõnes Pa. in. d. c. j. de feudis. propter quas hoc est inductum in feudo, ille rõnes non possunt extendi in prædictis.
45 DEcimotertio †non est vsura ad qđ' percipitᷣ vltra sortem: q̃n nullo pacto ab initio interueniẽte, nec ex actione ex post habita debitor gratis aliquid offerret quia tũc istud recipi põt sine aliqua vsura, dummõ ab initio mala intentiõe caruisset: nullã em̃ maculam oblatio suscipiẽti ingerit q̃ nõ ambiẽtis petitione processit. j. q. ij. c. sicut epm. sed si hac intẽtiõe ductus sum vt aliqd mihi dares tibi mutuasse pecuniã al's nõ mutuaturus, licet in foro iudiciali nõ possit censeri vsurarius, vt in. c. in ciuitate extra de vsuris: tñ ĩ foro penitẽtie inducẽdus sum, vt pecuniã sic receptã restituã: quia ꝑ beatũ Lucã euangelistã, in initio ꝑ dñm dictum est: mutuum date, nihil inde sperãtes. vt in. c. j. de vsuris. & in. c. consuluit. & in. c. si fœneraueris. xiiij. q. iij. ꝑpter ꝙ nescio qd dicere de nr̃is Heduensibus, qui cũ veniunt pulli, aut capreoli, ante festũ paschatis mittunt ad suos debitores. ea sola rõne, vt veniãt manibus pendẽtibus, & cũ donis & muneribus ad iterũ dilationes petendas, an cõmittant vsuram? ¶ Posset dici illud ꝙ dictũ est supra: ꝙ ex quo frequentatᷣ ꝑ bonos & graues viros & legales mercatores in patria, ꝙ non est vsura: sicut dictũ est de emptiõe reditus annui: sed tñ in foro conscĩẽtiæ iudicat oẽs: cũ qcq̃d agant hoĩes intentio iudicat oẽs. Bene verũ est ꝙ si al's essem mutuatur⁹, secundario sperans ꝙ debitor mihi subueniet vel me remunerabit in modico, incido in vsurã. arg. c. qđ proderit. lxj. dist. &. c. si officia. lix. dist. c. cũ in officijs. extra de test. l. sed & si lege. §. cõsuluit. ff. de peti. hæredi. c. tua. de simo. & isto casu q̃n est tm̃ spes remunerationis: si mihi detᷣ, ad minus nõ est opus restitutiõe sed sufficit penitentia. hoc dicit Host. in summa de vsur. §. j. ver. pactione. Vide quæ in hoc dicunt theologi per Bernardinũ de bustis, in sua prima parte rosarij: sermone. xxvij. in secunda parte. in literis a. & b. vbi plene examinat hunc articulum.

Intentio oẽs iudicat.

46 DEcimoquarto dic †ꝙ licet quis vendat plus, rõne dilationis ad soluendũ committat vsurã. in. c. in ciuitate. extra de vsur. illud non est verum, q̃n non est incontinenti venditurus. & ꝑbabiliter dubitatur, vtrũ id ꝙ venditur sit plus vel minus solutionis tpe valiturũ. Idẽ si certe mensure ad tps emanᷣ et ꝑbabiliter dubitatur vtrũ solutiõis tpe plus vel minus sit in mensura. Ita dicit Host. d. c. in ciuitate. debere intelligi. &. c. cõsuluit. ita dicit in summa de vsu. ibi: in aliquo casu. versic. quarto q̃s vẽdit. dicit tñ ꝙ clericis hoc nõ licet cũ sit eis turpe lucrũ vili⁹ emere. & carius vẽdere. c. canonũ. [illegible] iij. q. iiij. &. c. scđ'm instituta. extra ne cleri. vel mona. cõsuluit etiam laicis ꝙ notent mentem verborum. s. q̃n non erant venditurí tempore cõtractus. & vide eum ibi.

DEcimoquinto dic ꝙ etiam in casu licitum est aliquid accipere vltra sortem: & tamen non est vsu-
47 ra: †puta q̃n fit ad redimendum vexationem. i. vt quis accipiat id ꝙ sibi alias debetur: nam vnicuiq; licet redimere vexationẽ. c. dilectus. extra de simo. Et istã regulã ponit Bernardinus de bustis, in prima parte rosarij, in sermone. xxvij. in scđ'a parte illius sermonis in litera. v. vbi ex prædicta regula infert plures casus.

PRimus est ꝙ mutuãs pecuniam rustico vt laboret possessionẽ eius, dũmõ satisfaciat illi de fructibus possessionũ, vel alio mõ est vsura: q̃a nihil preter sortẽ accidit. alle. hoc idem teneñ. dñm Laurentiũ de rodulphis in tractatu suo de vsuris. q̃ allegat dñm Gregoriũ de arimino idẽ tenentẽ: nã (vt dicit) cũ quis dñs intendat sibi operas ꝑstari rõne mutui à rustico: & rusticus propter mutuũ impendat operas al's non exhibiturus: tñ ille

ille opere nõ cedunt lucro dñi,cũ al's iusto pretio emat nec propter hoc aliquid patitur ipse rusticus.

EX quo infert ad aliũ casum,quẽ ponit ipse Gregorius:ꝙ si dñs conducat colonũ ad certum tempus ꝓ certo pretio,& pretiũ tradat anteꝗ̃ colonus incipiat operari:postmodũ vero nolente dño operari:nisi dñs mutuet ei certã summam pecunie:dñs mutuat vt operetur:al's non mutuaturus:talis dñs non est vsurarius: quia duntaxat recipit suũ,id est operas sibi debitas, & nihil ex tali mutuo lucratur:ideo non est vsurarius censendus: nec peccat, nisi ex tali mutuo de iusto pretio operarum detraheret aliquid:aut vltra opas iusto pretio emptas, alia exigeret à rustico rõne mutui: vt dicit Laurentius in dicto tractatu.

INfert,& tertio aliũ casum ex prædicta regula,ꝙ si debes mihi decem quæ non possum habere: & mutuo tibi alia decem, hoc pacto vt de viginti postea satisfacias,non est vsura:vt tenet Hosti.in summa de vsuris. §.aliquo.in fine.

INfert & quartò ad casum positum in capitulo primo. de vsuris. quem posui supra.hic non repeto.

INfert & quintò ad alium casum,quem ponũt doctores in.c.j.de vsuris.& ponit Hosti.in summa de vsuris scilicet qñ accipis vsurã ab eo cui nocere desideras. vt xiiij.q.iiij.c.ab illo.vbi dicit Ambrosius, ab illo exige

48 vsuras cui nocere merito desideras†cui iure inferuntur arma:huic legitime inferunť vsuræ.quem bello vincere non potes,ab hoc vsurã exige.quem non sit crimen occidere:vnde dicitur ꝙ infideli possum tradere pecuniã ad vsuram:dicitur enim Deutero.c.xxiij.nõ feneraberis fratri tuo pecuniam vel aliam rem ad vsuram,sed alieno:hinc est qđ iudei dicunt ꝙ licite recipiunt vsuras à Christianis,& malè:vt dicit Host.in loco hîc antè alle. & iste est.xvj.casus.

49 DEcimoseptimo dic etiã†ex predicta regula inferẽdo,ꝙ qñ laicus tenet iniuste possessionem ecclesiæ,& dat pignori ipsam possessionem rectori ecclesiæ, ipsius talis poterit percipere fructus illius vltra sortem: quia non recipit nisi ꝙ sibi debeť: vt dicitur in.c.j.in fi. extra de vsuris.& tenet Hosti.in loco hic ante alle.& dicit Bernar.de bustis in loco hic ante alle.ꝙ laicus posset idem facere possessione sua ab alio iniuste detenta:ꝓut tenet gl.in.d.c.j.& ibi Vldricus.& habetur in summa cõfessorum li.de vsu.q.xvj.& Richardus in.iiij.senten.dist. xv.ar.vltimo.q.v.

50 DEcimooctauo†qñ vendo tibi rem meam tali pacto,ꝙ si soluo tibi vsq; ad duos annos, res reuertatur ad me:hic enim facit fructus suos:vt.l. commissoriæ.C.de pac.inter empto.& vendi.ꝙ est verum,qñ pretium est iustum:alias committitur vsura.c.ad nostram. extra de emp.& ven.Facit ad hoc.l.si fundũ.C. de pact. inter empto.& vendi.

51 DEcimonono†quid in pacto de retrouendẽdo.Dicam infrà in titu.(Des rentes vendues a reachat) §.j.ver.sed quæro.vbi melius quadrat ad propositum: & dixi suprà.

52 VIcesimo † dic quando pecunia commodatur ad pompam.l.iij.§.penul.& seq.ff.commo.istud tenet Host.in summa de vsur.in loco hic ante alle. & plures de istis casibus continenť his versibus, quos ponit Host.in loco hic ante allegato.

Feuda fideiussor pro dote stipendia cleri.
Venditio fructus cui velles iure noceri.
Vendens sub dubio pretiũ post tempora soluens.
Pœna nec in fraudem lex commissoria gratis.
Dans socij pompa plus sorte modis datur istis.

53 SEd quæri posset,†nunquid cambia mercatorũ sint vsuraria:vt sunt isti q̃ habent pecunias ad bancham do.meꝰ Ias.in.l.j.in.xj.col.in.j.lectura.& in.ij.C.de sum. tri.& fide catholi.dicit ꝙ si sint ęqualia,ꝙ sunt licita:istã q.examinauit.Lau.de Rodulphis in trac.de vsuris.in.iij. parte.illius trac.vbi plene examinauit. An cambia sint vsuraria

54 ITerum†queri posset de vna q̃one ꝗ̃ oẽs Burgundi, maxime huiꝰ nostræ ciuitatis Heduẽ.& in balliuatu Kadrelleñ.& Cabiloñ.sciunt q̃ est de societate seu soccida:de qua in.l.si pascenda pecora.C.de pac.nũquid scilicet valeat pactũ inter dñm,& eum q pecora pascenda suscepit,ꝙ cõmoda inæqualiter diuidanť.Ista est materia quæ pro certo est multũ periculosa in pluribus quia abutuntur & committũt vsurã.In hac materia breuiter & vt paucis absoluã,dicã aliqua pro his q̃ quotidie vtũtur,& vt sciãt qñ & qũo sit licita talis societas seu soccida.Et in hoc est aduertendũ,cũ hec materia magis implicat,& minus bñ sit declarata ꝑ doctores:& tñ est frequentissima & quotidiana,ꝑsertim cũ rusticis,q minus iuris notitiã habent.l.quicuq;.C.qui admi.& iõ cum sit quotidiana & frequẽs,tractãda est.l.legaui.in prin.ff.de Nota de societate in pecoribus.

55 aur.& arg.leg.& iõ aduerte†ꝙ societas seu negotiatio sex modis in his animalibus exerceri põt.Addam fortè septimum in hac nostra patria, qui infinitos ducit ad infernum. Societas in aĩalibus sex modis contrahitur.

56 PRimo†cõtrahiť negotiatio in aĩalibus, qñ dñium aĩalium nullo modo transfertur:& sic aĩalia nõ cõmunicanť,sed sola custodia aliquo dato vel recepto: & tunc isto casu non est soccida sed cõtractus locatiõis & cõductiõis.l.si qs fundũ.§.Celsus.ff.loca.ver.si quis vitulos.&.l.si merces.§.q colũnã.ff.loc.facit.l. nõ solet.&.l.q mercedẽ.ff.e.&.l.naturalis.§.at cũ do.ff.de prescri.ꝟbis. Et iste q recipit custodiã talium aĩalium,teneť de periculo & dãno dato ab alio,ꝙ potuit ꝑ custodiãreparari. ita tex.& Bar in.l.q mercedem.ff.loca.Et nõ sufficit tali custodi ꝙ portet dño pelles aĩalium quæ dicit mortua esse:nisi probet ipsa esse mortua vel naturaliter vel quia occisa sunt ab alio.ita Bal.in.l.cũ ita.§.species.ff.de lega. ij.refert & sequiť do.meus Ias.in.l.ꝙ te.in.iij.col.ff.si certum peta.De ista negotiatione aĩalium non alio modo insisto,quia nihil ad propositum.

57 SEcundo†contrahiť negotiatio in aĩalibus,qñ aĩalia traduntur,vt dñium totum in recipientem transferatur,& ad meliorandũ dantur:& tunc resultat contractus innominatus:& competit actio prescriptis verbis. l.si tibi areæ.ff.de presc.verb.Iste contractus non fit multoties in traditione animalium,sed in traditione areæ, ideo non insto.

58 TErtio†qñ equa:vel asina alteri datur vt cooperiať ab equo,& non aliter ad meliorandũ:tunc dicitur esse contractus innoĩatus.d.l.si tibi areæ. Non credo ꝙ istud sit verũ,quicquid dicat Ang.de Perusio in repeti. l.si pascenda.C.de pac.

SED aduerte,quia sunt multa capitula extrauagãtia in multis libris post feuda:inter quæ inueni vnũ,ꝙ etiã alle.do.Ang.Io.perigly.vbi habeť:si quis dederit iumenta cooperienda ab equo alicuius:oẽs poledri debent esse cõmunes nati in illo anno de iumentis illis:et

ille cuius sunt iumenta debet partiri poledros,& mittere illi electionē cuius est equus:vtrū velit accipere poledrum,an partē pretij,scd'm conuentionē.Vbi aūt conuentio nō esset aliqua facta seruāda esset loci cōsuetudo iō in hac patria Burgūdiæ hec iura extrauagātia nō obseruant̄:quia cōsuetudo loci est in cōtrariū, q̄ apparet: qa ille cui est equus nihil habet de poledro,sed solū scitū tum habebit,eo q̄ locat equū ad cooperiendū iumētum:vbi aūt de cōsuetudine nō apparet,ad arbitriū boni viri recurrēdū esset,maxime ad exonerationē cōscientie:ne qs cū aliena iactura aliqd lucretur.istud em̄ tanq̄ indebitū restituēdū est.l.nā hoc natura.ff.de cōdi. inde.

59 QVarto casu†contrahit̄ negotiatio,qn̄ aīalia æstimata tradūtur,vt cōmodū & incōmodū sit recipiendū:& tunc resultat cōtractus emptionis & venditionis.l.æstimate.ff.sol.mat.in quo casu nihil aliud petere pōt nisi p̄tium.qcq̄d em̄ tūc pecuniæ accideret,esset vsura.c.cōsuluit.&.c.in ciuitate.extra de vsu.nisi emptor aīaliū frustus recepisset ex animalibus emptis, & morā commisisset non soluēdo pretiū,qa tunc vēditor posset petere dictos fructus tanq̄ interesse.l.curabit.§.§.examinaui.C.de ac.emp.q̄ etiā locū haberet de iure canonico.c.cōquestus & ibi gl.extra de vsuris.

60 QVinto casu†qn̄ nō apparet qūo aīalia rustico cōcessa sunt in rōne societatis,vel soccide vel alteri⁹ contractus:q̄ facile cōtingere pōt,p̄sertim qn̄ mortui essent principales cōtrahētes:& mihi in plurib⁹ euenit,q̄ mihi dixerunt post mortē magistri Bartholomei Mugnierij auunculi mei(cui successi)q̄ aīalia quæ habebant ab eo habebant in custodiā & hoc qn̄ multū excrementū erat.Alij dicebāt q̄ emerāt,& q̄ offerebāt pretiū q̄ erat rōne capitalis,& hocvt lucrarent̄ excremētū:& qa qdam famulus furatus fuerat literas obligationū,quas non ausus fuit ponere in lucē timens ne deprehenderet̄.Finaliter oēs in hoc cōueniri feci,& dicebam, q̄ attento qd' apparebat q̄ aīalia erāt penes eos,qd' cō-
61 suetudo patrie erat seruāda:†cū illud q̄ consuetū est in dubio inter ptes actū videat̄.l.q̄ si nolit.§.assidua.ff. de edil.edi.l.si prius.§.placuit.ff.de aqua plu.arc.ex quo ergo in hac patria Burgūdiæ maxime in hoc territorio Hedueñ.cōsueta sunt dari aīalia in soccidā, iō dicendū est q̄ dicta aīalia quæ tenebant debebant reputari esse apud ipsos tanq̄ in soccidam data:& ita obtinui cōtra multos,qui tandem mecum concordauerunt.

SI tamen essemus in loco vbi de cōsuetudine nō apparet,in dubio presumeret̄ cōtractus innominatus l.ij.ff.de p̄scriptis v̄bis.quo casu dicendū est q̄ pretium aīalium sic datorum,si venderet̄ debet esse cōe.l. si tibi areæ.ff.de prescr.verbis.& idem in fructibus.vt dicit gl. in.l.si pascenda.C.de pac.& similiter periculū debet esse commune,sicut vtilitas communis.arg.l. mutius .ff. p̄ socio.& dicam plenius infra.

62 SExtus†casus(in quo pendent leges & p̄phetæ) est, qn̄ expresse facimus cōtractū societatis, q̄ soccidā appellamus& hoc est qn̄ expresse aīalia tradunt̄ gratia societatis cōrahende de illis:vt dicit gl.in.l. si pascenda. C.de pac.Vel etiam qn̄ tacitæ:qa non exprimitur quod gratia vel soccide traduntur.sed vt cōia sint. & sic pro parte dominium remanet apud tradentem,quia tacite p̄ alia parte rōne communis in illum cui communicat̄ etiam sine traditione transfertur dn̄ium.l.j.§.in societate.ff.p̄ socio.& hoc etiam modo societas contrahit̄ siue soccida:prout facit quod dicit Bald.in.l.si pascenda.C. de pactis.

ET isto casu cōsiderant̄ duo casus.primus si contrahat̄ societas in aīalibus grossioris generis,vt bouū vaccarū,iumentorū,seu equorum: quorum fructus in eo anno regulariter nō ascēdit ad valorē matris : vt experientia docet.Aut v̄o contrahit̄ super aīalibus minutis:vt porcis,capris,& mutonibus,& sic de similibus.

PRimo casu adhuc cōsiderādi sunt tres casus:q̄a aut talia aīalia grossioris generis cōicantur socio inæstimata sine alia cōione terre:qa p̄supponendū est q̄ talis societas pōt cōtrahi cū terra & sine terra.gl.in.l.cū duobus.§.si in coeūda.ff.pro socio.¶Aut vero talia aīalia cōicātur socio æstimata cum terra. ¶Tertio vero communicantur æstimata vel inæstimata cum terra.

PRimo casu qn̄ inęstimata sine terra dant̄ aīalia grossioris generis:& tunc dicendū est in hoc casu q̄ aut nullū pactū est inter socios de capitali,aut fructu:& tūc in hoc sunt quædā iura extrauagantia in li.feudo . in fi. x.colla.& in rub.est cōsuetudo societatis iumentorū:in nigro vero est sic.Si qs dederit iumenta iure societatis, ille q̄ accipit debet tenere p̄ quinq̄ annos : si nihil dictū est de tēpore:& oēs poledri debent esse cōes:& id quod quęsierint tēpore triturationis,& in capite quinq̄ annorum separat̄ societas:& ille q̄ dedit debet habere iumentū ante partem:sed si ille q̄ accepit,dedit tertiā partē,scilicet,dicit gl.partē pretij in emendo iumētū:tūc iumenta & oīa partienda sunt p̄ medium:& si amiserit iumenta culpa sua,quia nō bn̄ custodierit:& corium ostendere nō potuerit,vel caudā.emendare tūc debet.¶Et nunqd sufficiat q̄ ostēdat coriū:Dixi.s.q̄ nō : q̄a opus est q̄ p̄bet ea esse mortua:imo qd' plus est,nō sufficeret p̄bare qd' visum fuitvnū iumentū in domo sua mortuū nisi p̄bet̄ q̄ illud fuerat ei datum p̄ dn̄m,aut socium:p̄ ea q̄ dicit Io.and.in.c.auditis.de prescri.vbi dicit se practicasse in ciuitate Bononiæ:& obtinuisse cōtra quendā bidellū habentem equū ad vecturam pro eundo ad certum locum:& p̄bauit p̄ comites itineris q̄ equus quē equitabat naturaliter perierat.Nam dicit Io. and. q̄ ex quo nō p̄bauit q̄ fuerat ille equus quē cōduxit,q̄ probare debebat p̄ signa,q̄ talis probatio eū non releuat. ista decisio ponitur p̄ Ale.in cōsi.cxviij.&.cxix.in.j.vol. quos refert & sequit̄ do.meus Ias.in.l.eū q̄.§.in popularibus.in pe.& vlti.col.ff.de iureiur.& in.l.nō hoc.in.iij. col.C.vn̄ leg.vbi voluit quodammō impugnare hanc decisionē Io.and.sed illā defendit & tenet in.l.ij.in fi.C. de bono.pos.scd'm tab.&vide Fel.in.c.cū Io.in.iij.colū. extra de fide instr.ergo in sili opus est probare q̄ sit tale iumentum datum per signa,& q̄ sit mortuum.

De soccida aīaliū grossioris generis.

ET sequit̄ in hac materia i dicto loco alia rub. cōsuetudo societatis vaccarū,& nigrū dicit sic.Si qs dederit vaccā alicui vt haberet iure societatis,& non dicit de tpe.debet eā tenere p̄ quinq̄ annos:& omnes vituli debent partiri per mediū:et ille q̄ deditvaccā debet eam habere p̄ campo saluo si nihil dictū est:& ille q̄ suscepit non dedit de suo in p̄tio vacce, alioquin si partē pretij dedit:dicit gl.iij.p̄ ea q̄ hic ante dixi in iumentis,oīa debent partiri p̄medium:& si is q̄ accepit amiserit vaccā culpa sua,qa custodiā non misit,vel non bene custodiuit:& propter hoc vacca amissa est:qa fures abstulerūt vel lupus eā comedit:debet etiam emendare suo socio. Satis em̄ videtur hæc consuetudo boni viri arbitrio cōsideranda:

siderãda:quia viri boni arbitriũ in hoc iudicio ꝑ socio
63 versat̃.l.in ꝓposita.ff.pro so.†& qđ cõsuetũ est, videt̃
inter ptes actũ.vt.l.qđ si nolit.§.assidua.ff. de ædil.edi.
&.l.si prius.§. placuit.ff. de aqua plu.arcẽ. & qm̃ dictũ
64 est.s.ꝙ†dñt partiri p mediũ, intelligit̃ p numerũ, nõ p
singula corpa:qa diuisio ꝙ̃ cõmodi⁹ fieri põt debet fie-
ri.facit tex.& gl.i.l.nã & si.§.si seru⁹.ff.si cer.peta.& ibi
plenè do.me⁹ Iason q̃ refert Quintũ Fabiũ fecisse cõtra
regẽ Antiochũ quẽ bello superauerat:nã cũ ex fœdere
inito dimidiã partẽ nauiũ accipere deberet,medias oẽs
secuit,vt eũ tota classe priuaret:sed illa fecit vafricia mi-
litari,non tamẽ fuit iuridica.& istud refert Valeri⁹ Ma-
ximus in lib.vj.in ti.de vafrè dictis aut factis.

Q. fabij cum Antiocho fœdus.

SI verò alia sit cõsuetudo,& tũc si sit æqua,debet ar-
bitrio boni viri cõueniri:& tũc quolibet iure diui-
no & humano seruãda ẽ.Si iniqua,& tũc de iure ciuili
si obtẽta fuisset p vnũ actũ,i.cõtradictorio iudicio ser-
uãda eẽt:vt dicit gl.in.l.j.C. q̃ sit lon.cõsue.& gl.in.l.iiij.
65 in fi.C.de epi.audiẽ.†cũ de iure ciuili lex etiã ꝙ̃tũcũq;
dura seruãda est.l.pspexit.ff.q & à qb⁹. dũmodo tantã
iniquitatẽ nõ cõtineat,ꝙ abusio potius:quã cõsuetudo
dici possit:vt habet̃ in.l.de qb⁹. ff.de legi.& in.c.cũ con
suetudinis.extrà de cõsue.de iure aũt diuino q̃ rigor iu
ris ciuilis nõ attẽdit̃,sed iustitia & æquitas. xiiij. q iij.c.
pleriq;.tũc dicta cõsuetudo iniqua seruãda nõ eẽt:imò
ad restitutionẽ tenet̃ qui ad dãnũ socij cõsentire vellet:
cũ nõ remittit̃ peccatũ, nisi restituat̃ ablatũ.c.peccatũ.
de regu.iur.li.vj.& põt vir bon⁹ arbitrari an æqua vel
iniqua sit cõsuetudo,cõsiderato valore aĩalium cõmu-
nicatorum,& opera socij,& fructu eorũ:& sic qui plus
ponat ꝙ̃ alter.vt dicit tex.in.l.si nõ fuerit.ff pro socio.

SI verò inter ptes fiat pactum,vt in plurib⁹:cũ pacta
plurib⁹ modis fiãt:cũ plura sunt hoĩm negotia, ꝙ̃
legũ vocabula.l.iiij.ff.de pscri.verbis.Et vt breuib⁹ ab-
Regula. 66 soluã,regula est,†ꝙ pacta circa pascẽda pecora sũt ser-
uãda.l.si pascẽda.C. de pac.dic tñ clari⁹ in hoc casu, ꝙ
q̃nq; pactũ inter dictos socios fieri põt circa ip̃m aĩal.i.
capitale qđ i societate inæstimatũ ponit̃:q̃nq; circa fru
ctus eiusdẽ,q̃nq; circa tp̃s quo societas durare debet.

PRimo casu q̃n inæstimatũ datũ est,nõ videt̃ posse
pacisci ꝙ periculũ sit alteri⁹,ꝙ̃ ipsi⁹ q inæstimatũ
dedit qđ regulariter ad ip̃m lucrũ ptineat:vt dicit Bal.
in.d.l.si pascẽda pecora.C.de pac.& vt ęq̃litas seruet̃ in
fine societatis, illud aĩal qđ ꝑ capitali positũ ẽ pcipuũ
debet eẽ ipsi⁹ ponẽtis.l.cũ duob⁹.§.si i coeũda societa-
te.ff.ꝑ so.quodcũq; ergo aliud pactũ qđ circa illud fie
ret nõ videret̃ æq̃le,& equalitatẽ cõtinere & æquitatẽ.si
eñ alter socius pdit capitale suũ,satis est qđ alter pdat
opas suas,iõ cõstat ꝙ nõ liceret illi qui aĩal posuit inęsti
matũ in societate pacisci,vt de primis fructib⁹ capitale
suũ detrahere possit.¶Q̃n autẽ pacta fiunt circa fruct⁹,
tũc siue fiant circa fœtũ,vel lac,vel frumẽtũ qđ ex opa
boũ q̃ri posset, vel equarũ: tũc si talia pacta sint cõsor-
mia iustæ cõsuetudini,seruãda sũt,si de cõsuetudine nõ
apparet,tũc cõsiderato capitali, & opa alteri⁹ socij æq̃-
litatẽ arbitrio boni viri cõtinerẽt:vt ille qui pl⁹ ponit,
plus ferat:& si æqualiter ponũt æq̃liter ferãt:& debet ta
lis societas durare quinquẽnio:vt dictũ est:& si fiat pa-
ctum in minori,nõ videt̃ esse scđm arbitriũ boni viri,
vt dictũ est.¶Q̃n verò aĩal datur æstimatũ,periculũ ca
sus fortuiti inter socios est cõe.vt dicit̃ in.d.l.cũ duob⁹.
§.dãna.ff.ꝑ socio.qa dicta ęstimatio facit emptionẽ.ar.
l.si æstimatę.ff.sol.ma.& habet̃ perinde ac si ille qui dat
dicta animalia mutuasset socio medietatẽ pretij:& ip̃e
posuisset aliã medietatẽ, & cõsequẽter ab ipsis duob⁹
essent empta: & sic nimirũ si q̃libet ꝑ rata de periculo
teneret̃:q̃n sine culpa alteri⁹ sociorũ tale periculũ ꝓces-
sit,illi⁹ solũ dolũ vel culpã cõmittẽtis erit periculũ,per
d.§.dãna.nec aliter videret̃ posse inter socios i foro cõ-
67 sciẽtiæ pacisci:& aduerte†ꝙ quotiescũq; sit pactũ ꝙ ca
pitale sit saluũ,de iure canonico in foro cõsciẽtiæ cõtra-
ctus nõ est licitus: prout tenet Bernardin⁹ de bustis in
j.parte sui rosarij sermone.xxvij.in.j.parte illius sermo-
nis,in lr̃a H.quẽ no.qui alle.Ant.de but.in.c.fi.de vsur.
& intellige supradicta q̃n animal datur sine terra.

Pactũ vt capitale sit saluũ illicitũ.

68 QVid aũt dicẽdũ†est de lucro, seu de fructib⁹ q̃uo
diuidi debeãt inter socios.s.inter dñm dãtẽ dicta
aĩalia & colonũ seu pastorẽ qui iure societa-
tis pascebat:videt̃ prĩo ꝙ ex q̃ ęstimatio facit emptio.
ꝑ medietate:vt dicit Bar.i.l.si vt certo.§.nũc vidẽdũ.ff.
cõmo.& Bal.videt̃ velle i.l.j.C. cõmo.& Bar.de sali.in
d.§.nũc vidẽdũ.& Pau.de ca.i.d.l.cũ duob⁹.§.dãna.ꝙ
de illa medietate q̃ est pastoris nullũ lucrũ sentiat dñs:
quia de re aliena nõ debet cõmodũ reportare:cũ ex ea
nullũ subeat piculũ,nec aliq̃s opas & laborẽ iponit de
pecunia ad quã ille pastor tenet̃ min⁹:qa eẽt vsura, cũ
sit q̃ddã capitale illud p̃tiũ qđ nõ recipit diminutionẽ,
imò stat firmũ,nec ẽ positũ i societate: sed obligat⁹ est
pastor ad soluẽdũ:iõ nõ debet ex eo aliqd conseq, aliàs
eẽt vsura:cũ qcqd accidit sorti, vsura ẽ.nec ẽt põt aliqd
peti ex ea tñ ꝙ̃ pastor sit in mora soluẽdi p̃tiũ.p.l.cura-
bit.C.de acti.empti.qa ex q̃ videt̃ tacitè cõuentũ inter
dñm & pastorẽ vt p̃tiũ nõ soluat,q̃usq; durat societas:
illa dilatio dr̃ facta ad cõmodũ debitoris,& i ei⁹ cõmo
dũ debet iterp̃tari.l.q hoc ãno.ff.de ꝟb.obli.igit̃ nõ dr̃
iterim eẽ in mora,meritò rõne moræ nihil soluat.& sic
non habet locũ hoc casu.l.curabit.patet ergo ꝙ de me-
dietate p̃dicta nihil dño debet̃. de alia aũt medietate q̃
ibi remãsit integrũ fructũ nõ recipit,qa ip̃e ponit dictã
medietatẽ:& colon⁹ seu pastor opas, laborẽ, & victũ:
& videt̃ societas i illa medietate q̃ dño remãsit, i q̃ dñs
ponit aĩalia,pastor seu colon⁹ operã & victũ: quo ca-
su lucrũ cõiter diuidit̃ iter eos.l.cũ duob⁹.§.si in coeun
da.ff.ꝑ so.&.l.si nõ fuerint.ꝑ socio.meritò fructũ quar
tæ ptis dictorũ aĩaliũ dñs pcipiet,nõ aũt medietatẽ: &
sic pastor habebit tres partes lucri: videlicet duas par-
tes rõne medietatis,quã videt̃ emisse ꝓpter æstimatio-
nẽ:& sic rõne dominij sui & vnã partẽ,& sic medietatẽ
alteri⁹ medietatis rõne operarũ & victus:dñs aũt habe-
bit quartã solùm rõne dominij sui qđ sibi remãsit in il-
la medietate:& hoc videnť sentire theologi i arctissima
cõsciẽtia cõstituti.& istud videt̃ tenere domi. Angel.
Ioã.perigly.de Perusio in suo tracta.soccidæ, cũ quadã
tñ distinctiõne:sed tamẽ dicit do. Pe.de vbaldis in suo
tract.de duob⁹ fratrib⁹.in.v.parte pricipali.in.xxiiij.q.
illi⁹.v.ptis.salua meliori determinatiõe,submittẽdo se
correctiõi mr̃is ecclesiæ:ꝙ dñs q posuit vaccas seu aĩa-
lia grossa æstimata debet hr̃e dimidiã partẽ fructuũ:&
colon⁹ seu pastor aliã dimidiã:istud ibi ꝓbat q̃tuor rõ-
nib⁹,q̃s vide:qa iã hęc mr̃ia licet sit q̃dãmõ extrauagãs
& perigrina satis sit ꝓlixa, ad dicta i hoc ibi me remit-
to:eo ẽt maximè,qa istud apud nos obseruat̃.

De lucro aut fructib⁹.

QVando aũt aĩalia grossa cũ terra dant̃ & cõicant̃
socio siue æstimata:siue inæstimata: vtputa

ſi cõico vnũ par boũ vel vaccarũ vt arare debeat certã quãtitatẽ terræ:& tũc ſi inæſtimata tradunt̃: totũ periculũ ſpectat ad dãtẽ. Si verò æſtimata, eſt cõe.l.cũ duobus.§.dãna.ff.ꝑ ſocio.niſi ꝑceſſerit culpa, vel dolus alteri⁹ ſociorũ.vt in.d.§.dãna.& hoc eſt, qa tũc ille cui tradunt̃ videt̃ emere ꝑ medietate:vt ſuprà dictũ ẽ:& iſto caſu fruct⁹ erunt cões: qa ſi dñs ponat terrã & dimidiã partẽ boũ,nõ eſt mirũ ſi habeat dimidiã partẽ fructuũ: ſed qñ aĩalia dãtur inæſtimata à dño q etiã ponit terrã: cũ in dubio oẽ periculũ aĩaliũ ꝑtineat ad ipſum:poteſt tunc dñs paciſci, vt maiorẽ partẽ fructuũ terrę recipiat: cũ ruſticus tm̃ opas ponat:niſi opera ruſtici & ĩduſtria ei⁹ magis æſtimet̃, q̃ fruct⁹ qui venire poſſent ſimul ex bobus & terra: qa tunc nõ ſolũ fruct⁹ terræ æqualibus partib⁹ partiẽdi eſſent:ſed etiã de fructib⁹ terræ iuſta ratiõe,& ſalua cõſciẽtia ruſticus plus hr̃e poſſet.per.d.l.ſi non fuerint.& iſtud totũ relinquit̃ arbitrio boni viri.

SED quid ſi terrã ſuam dederit ad colendũ pro medietate fructuũ, cum hoc ꝙ mutuaret certã quantitatem pecuniæ colono, an ſit vſura? Iſta. q.eſt latiſſimè examinata ꝑ do.Pe.de Vbal.in dicto tract.de duobus fratrib⁹.in.v.parte principali.in.xxiiȷ.q.quã videas.

De ſocietate animalium minorũ.

69 ET iſta †ſunt ſupradicta qñ tradunt̃ animalia groſſioris generis.ſed q̃d dicem⁹ qñ contrahit̃ ſocietas ſuꝑ animalib⁹ minutis? aduertendũ eſt ante oĩa qđ reperit̃ in extrauagãtib⁹ ſuprà noĩatis quædã rubri.quæ incipit, Cõſuetudo ſocietatis caprarũ.& ſequit̃ nigrũ.

SI quis dederit caprã, aut pecudẽ iure ſocietatis: ille q accipit debet tenere ꝑ tres annos:& in vnoquoq; anno debet dare ꝑ capra.xiȷ.formaticos bonos & optimos, ꝑ pecude ſex:& dimidietas caprarum & agnorũ debet eſſe cõis,& medietas lanæ:& ille q̃ dedit capram aut pecudẽ añ partẽ debet hr̃e eã:& ſi ille q accepit, dedit tertiã:tunc omnia partiẽda ſunt per mediũ:ſed ſi ille qui accepit, amiſerit culpa ſua: qui eã non cuſtodierit, vel pecorile nõ bene clauſerit, dño tũc emẽdare debet:& vt dictũ eſt, bonos formaticos dare debet.

SED non ſiquidẽ de vna pecude aut capra: quia ſi 1
dedit tm̃ vnam pecudẽ, aut vnã caprã tantũ, non 2
debet mihi dare talẽ formaticũ, qualis põt fieri de vna pecude, aut capra tantũ:ſed tres aut quatuor iniuncturæ inſimul mitti debẽt, vt bonus formaticus inde fiat: quia ſi dedi alicui.20.aut.xl.pecudes, aut totidẽ capras, debet ne mittere vnã iniuncturã inſimul, & facere vnũ formaticum de tota iniunctura: certè nõ de medietate æſtimatiõis, ita ꝙ nõ fraudetur q dedit, nec qui accepit:ſed ſi agni & caprioli nati nõ fuerunt de vna aliqua capra, aut pecude, nõ debet dare niſi medietatem formatici, quam daret:ſi nati eſſent agni & caprioli.

¶ Sequitur alia rubrica quæ incipit ſic.

¶ Conſuetudo ſocietatis porcorũ. Et ſequitur nigrum.

SI quis dederit porcũ alicui iure ſocietatis,& nõ fuerit dictũ de tpe:tunc ille qui accipit debet eũ tenere ꝑ tres annos: & oẽs porcelli qui nati fuerint partiendi ſunt ꝑ medium ĩ vnoquoq; anno:vel ſi placuerit dño, & ei qui accepit tenere vſq; in capite triũ annorũ:debẽt omnia partiri ꝑ medium etiã porcelli nati de porcellis, & cũ porca fecit porcellos, debet dñs facere adiutoriũ ei qui accepit:& nõ debet qui accepit dare tertiã, aut in cõtrariũ. Et ſi amiſerit culpa ſua, quia porcille nõ bene clauſerit, vel cuſtodẽ cum porcis nõ miſerit:debet dño emendare, vel caſum amiſſionis domino aſſignare.

HAE enim cõſuetudines in locis vbi vigẽt, cũ ſatis arbitrio boni viri cõuenire dicant̃,& æq̃tatẽ cõtineãt, etiã in foro cõſcię ſeruari pñt.ĩ locis aũt in q̃b⁹ de cõſuetudine nõ apparet, pacta ſiue circa talia aĩalia, ſiue circa fruct⁹ ſũt ſeruãda: vt dictũ eſt.s̃.in aliȷs aĩalib⁹ groſſioris gñis:caueat tñ dñs ne paciſcat̃ in oĩb⁹ ꝙ capitale ſit ſaluũ:qa aliâs eſſet vſura. Gl.in.c.pleriq;.xiiiȷ. quæſt.iiȷ.& Petrus de vbaldis in locis hîc antè alle.

Caſus ſeptimus.

ALium & ſeptimũ caſum addo, in q̃ multi errant: & qui verſat̃ in hac pr̃ia, q multos ducit ad inferos, qui eſt talis:videlicet qñ q̃s dat bouẽ ruſtico,& ſẽꝑ remanẽte capitali ſaluo:ita ꝙ nũq̃ morit̃.hinc dicit̃ (les beuſz deſertz.) tenet̃ ruſticus ſingulo anno dare certũ q̃d dño bouis, puta duas mẽſuras frumenti, vel pl⁹, vel min⁹. Et vidi quẽdã accuſatũ de vſura ꝑ ꝓcuratorẽ regiũ, in balliuatu Matiſconeñ. q circa hoc multũ fuit ꝓſecut⁹ tãq̃ vſurari⁹:& meritò, neſcio tñ q̃d inde actum ſit. Et licet hęc mr̃ia ſit multũ extranea & peregrina ad ꝓpoſitũ hui⁹ cõſuetudinis:tñ qa in dicta ſocietate plures cõmittũt vſurã:& ꝙ diſputãt nũq̃d ſit vſurari⁹ contract⁹, hîc tractãdo materiã libẽter volui inſerere. ¶ Vnũ ſolũ volo nõ eſſe obliuiſcẽdũ, ꝙ in hac materia vſurarũ dñi legiſtæ errauerũt in interꝑtatiõe iſtorũ ỽborũ triẽtes, ſemiſſes,& beſſes,& ſic de ſingulis:qñ.ſ.dicant̃ vſuræ triẽtes, qñ ſemiſſes,& qñ beſſes. De q̃b⁹ eleganter & bñ declarat Luci⁹ columella, ĩ lingua latina vir magnę autoritatis ĩ ſuo libro de agricultura li.iiiȷ. Refert & recitat ſubtilitatũ prĩceps dñs Bart.ſoci. ĩ ſua ſolẽni repetitiõe.l.iiȷ.§.itẽ ſi rei publicæ.ff.ad legẽ Falci. quẽ oĩno videas:& hîc ei⁹ dicta nõ trãſporto:cũ ẽt hęc cõſuetudo ſit ſatis ãplè dotata. Et hic ãpli⁹ nõ ꝓſequar mr̃iam vſurarũ, qa ſatis ãplè tractãt ſummiſtæ maximè Hoſti.ĩ ti.de vſuris. Et Bernardinus de buſtis ĩ loco hîc añ alle.& frater Ang.de Clauaſio in ſua ſumma:in verbo, vſura.

In textu ibi

Aſſignez.

Res dotalis q̃n alienabilis.

1 ET aduerte, †qa tũc qñ pecunia ẽ aſſignata ſuꝑ aliq̊
2 fundo, ille fund⁹ ẽ fund⁹ dotalis, ſeu res dotalis: †q̃
alienari nõ põt.ĩſtitu.q̃b⁹ alie.licet vel nõ.ĩ prin.cũ vulgarib⁹.niſi ĩteruenĩat iuramẽ.vt dicit Spe.ĩ ti.de ẽptio. & vẽdi.§.iiȷ.loco.verſi.verũ ſi res.&.c.licet mulieres.de iureiu.ĩ.vȷ.&.c.cũ cõtingat.eo.tit. & ĩ aut̃.ſiue à me.C. ad Velleia.& Bar.poſt glo.in.l.ſi ꝑdia.C.de iure dotiũ. Alex.ĩ.l.Meuia.§.fũd⁹.ff.ſol.mr̃i.Iaſ.in.l.ȷ.in.iiȷ.col.ĩ.iiiȷ.
3 notab.ff.ſol.mr̃i.†qđ ĩtellige verũ, niſi ꝑcedat iura.de nõ alienãdo:qa tũc ꝑ primũ iuramẽ.tollit̃ ſcđm.gl.in d.c.licet mulieres.do.Iaſ.ĩ.l.nõ ſolũ.§. morte.ĩ.viȷ.col.ff. de noui oper.nun.q illã glo.reprobat & limitat.ſed idẽ dñs reprobat q̊dãmõ ĩ.l.duob⁹.§.idẽ Põponi⁹.ff.de iu
4 reiur.†Et ĩtellige ẽt ꝑdicta, niſi vxor vẽdat ĩ eodẽ ĩſtru. cũ viro:nã talis cõtract⁹ nõ firmabit̃ iura.vt dicit Bal.ĩ cõſi.ix.in.iiȷ.volu.quẽ allegat Ant.de petrutia.ĩ repetitione.l.primæ.ff.de iureiurã.in.viiȷ.effectu iuramẽti.

In textu ibi

Ou promis d'aſſigner.

Aſſignare, à promittere aſſignare quo differat.

1 QVæritur, †an ſit differẽtia inter aſſignare, & promiſſionẽ de aſſignãdo? Et põderanda eſt hęc dictio (ou) q̃ tantũ importat quãtũ dictio vel:
2 †quæ eſt alternatiua,& ponit̃ inter æqualia, ſeu parum diſtãtia.l.ȷ.ff.de reb⁹ dubȷs. Bald.in.l.cõuenticulã.in.iiȷ. colũ.C.

colũ.C.de epiſ.& cle.dñs me9 Iaſ.in.l.iiij.§.Cato.i.ſ.col.
3 ff.de verb.obli.†Ex q̃ videref dicẽdũ,q̃ idẽ eſt aſſignare ſeu ꝑmittere de aſſ[illegible]ẽdo,ſeu idẽ eſt vẽdere.ſeu promittere de vẽdendo.Hinc dicit Bald.in.c.in cauſis.in.ſ.
4 col.de electio. †q tractat9 dicif eſſe principiũ rei: adeò q qui tractat de vẽdendo dicif vẽdere.Allegat no.in.l. debitor.in princi.ff.de ſepara.bono.facit text.in.l.fi. C.
5 ad legem Falcidiã. ¶†Quicquid ſit tñ, aliud eſt vẽdere,aliud eſt promittere vendere:vt dicit glo.in.l.in bonæfidei.ff.de eo qđ cer.loc.vbi domin9 me9 Iaſ.hoc latè examinat:ꝓbando ꝑ tres tex. & quinq; deciſiões,q
6 aliud eſt vẽdere, & aliud eſt ꝑmittere de vẽdendo.†Et ideo etiã aliud eſt aſſignare,& aliud promittere de aſſignando: q̃a ex ꝑmiſſiõe de aſſignãdo debet ſolũ oriri actio pſonalis: & nõ eſt nata actio hypothecaria ad rẽ: vt dicit Ang.in cõſi.ſuo.184. incipiẽ.ex forma & ſerie.
Caſus facti. ex q̃ dixi,& cõſului ꝑ nobili viro dño Claudio de rabutin,dño Deſpyry,q ex q̃ ꝑ tractatũ factũ cũ illuſtriſſimo duce de Lõga villa in caſu euictiõis ꝑmiſerat aſſignare ducẽtas libras turoneñ.annui redit9 ſup terra & ſeignoria de Borbilly, qđ poſtmodũ dictus dux malè intẽtauit hypothecariã.ſ.materiã decreti pro arreragijs eſcheutis añ aſſignationẽ factã per dictũ dñm Deſpyry,& ſolũ poterat agere actiõe pſonali, qđ dictus dñs Claudi9 Deſpyry aſſignaret & ad intereſſe,ex q̃ nõ aſſignauerat.Plura alia dixi q̃ hic nõ eſſent ad ꝓpoſitũ: ió ea omitto,cũ etiã caſus nõdum ſit deciſus.Hic tñ videmus in hoc caſu cõtrariũ:cum ex ſola ꝑmiſſione de aſſignando oriri poſſit etiã actio realis:cùm promiſſio de aſſignãdo hic æquiparetur aſſignationi factæ.Cogita.

☞ADDITIO. Adde aliũ caſum.ſ.quo ꝑmittere & dare idem ſunt.ſ.in dãdo pecuniã,vel aliquã aliã rẽ iudici ad eũ corrũpendũ, vel in ꝑmittẽdo,qñ paria ſunt, & tñ punif ex ꝑmiſſione q̃ri ex datiõe,vt ꝑ Matthæũ de Afflictis in cõſtitu.regni Siciliæ,q̃ incipit, capitaneorũ in ꝑenul.colũ.i fine. & ibi de mẽſa, qñ iudici põt aliq̃d dari. & ibi ponit remiſſiuè.qñ dare & promittere,vel vẽdere vel ꝑmittere de vẽdẽdo,idẽ ſunt.& idẽ Matthæ9 in cõſtitu.apud iuſtitiarios.in.viij.notabili, in fine:vbi tñ dicit qđ ꝑmiſſio dotis nõ appellaf cõtract9 dotis:nec ꝑmiſſio de inueſtitura,eſt iueſtitura. Aduerte etiã ad id qđ dicit idẽ Matthę9 in cõſtitu.q̃ incipit, ipõte valẽtib9.in.iiij.nota. qđ ſtatutũ loquẽs de dote data, habet locũ in dote ꝓmiſſa.Et dicit idẽ Matthę9 in cõſtitutio.q̃ incipit,licentiã.in.x.q.i.notabi.in.iij.libro.vbi dohariũ ex illa cõſtitutiõe eſt cõſtituẽdũ,habef ꝑ cõſtituto,ſi fuerit ꝑmiſſum cõſtituere,& ita agẽdũ eſt ac ſi fuiſſet cõſtitutũ.Et dicit idẽ Matthę9 in cõſtitu.q̃ incipit,q̃a frequẽter.in.iij. notabili.in.iij.libro.qđ ita punif extorquens indebitã ꝑmiſſionẽ,ſicut exactor indebiti. Et ad caſũ ſuprà poſitũ de q̃ cõſului,videf qđ vbi ſit ſolũ ꝑmiſſio de aſſignãdo certũ reditũ annuũ ꝑ q̃dã certa ſũma,illa ꝑmiſſio aſſignatiõis ſeu de aſſignãdo videf pſupponere reditũ iã fuiſſe cõſtitutũ,& haberi pro cõſtituto: q̃a aliàs nõ fieret aſſignatio ſi nõ eſſet cõſtitut9: cũ nõ entis nullæ ſunt q̃litates.l.ei9 q.ff.ſi certũ peta.ex q̃ pro illo reditu annuo ꝑmiſſo aſſignari põt agi pſonaliter,nõ tamẽ hypothecaria:donec fuerit facta aſſignatio,& ita debet intelligi arreſtũ latũ anno dñi M.cccccxxxi.ꝑ Carolo turpin,filio Catharinæ leſcorial,cõtra filios fratrũ dictę Catharinæ, qui eidẽ Catharinæ ꝑ ſua parte & portiõe hæreditatis paternæ ꝑmiſerãt certam ſummã pecuniæ infra annũ tũc ſoluẽdã:& in defectũ ſolutiõis ꝑmiſerũt elapſo termino aſſignare reditũ annuũ ad decẽ ꝑ cẽtũ. Et dubitatũ fuit, ex q̃ nõ fecerãt dictã aſſignationẽ, an hęredes dictę Catharinæ q intẽtauerãt pſonalẽ ꝑ arreragijs dicti redit9 annui p̃teritis:& vt deinceps tenerẽtur aſſignare,bñ intentaſſent añ aſſignationẽ:& fuit dictũ qđ ſic,tã eo q̃a iſta arreragia nõ ſolũ debebanf rõne illi9 cõuẽtiõis,ſed rõne itereſſe:eo q̃a fratres dictę Catharinę ꝑceperãt fruct9 dictorũ hęreditagiorũ hæreditatis paternæ dictæ Catharinæ,& tñ nõ ſoluerãt p̃tiũ ex q̃ tenebanf ad itereſſe ſcđm.l.curabit.&.l.fruct9.C.de actio. empti.&.l.ij.C.de vſuris.&.l.Iulian9.§.exhęredato.ff.de actio.empti.& etiã q̃a redit9 annuus p̃ſupponebaf tũc elapſo tali termino cõſtitut9,cũ poſſet tũc cogi ad aſſignãdũ,ſi tñ intẽtaſſent hypothecariã,credo qđ fuiſſent expulſi,& qđ malè intẽtaſſent añ aſſignationẽ factã.*
¶Vide Alex.in cõſi.ſuo.cxxj.incipiẽte,Viſo themate ſuprà ſcripto.
7 †q fruct9 nõ excipiuntur per illũ cui factũ fuit pactũ de vendẽdo ex quo per tale pactũ non transfertur dominiũ.qđ nota,q̃a tibi ſeruiet ad multa.

In textu ibi

Et qui ne ſont payez.

Caſus facti. Venit mihi caſ9.Quidã maritauit ei9 filiã,& i dotẽ ei dedit mille q̃ngẽtos frãcos: ex q̃b9 q̃ngẽti frãci ſortiunf naturã mobiliũ:alij verò mille frãci ſortiunf naturã hęreditagij,& debebãt aſſignari,vt hic dr, ergo iportabãt arreragia ad rõnẽ decẽ ꝑ cẽtenario.Pater deceſſit ab humanis,nõ ſolutis aliquib9 pecunijs:hęredes poſt decẽniũ ſoluerũt q̃ngẽtos frãcos, nõ facta mẽtiõe an ſoluerãt ex his q̃ iportabãt arreragia,an v̄ò ex alijs. Poſt.xij.ãnos dicta filia ab humanis deceſſit:ei9 hęredes ſ.filij petierũt ab hęredib9 dicti quondã p̃ris earũ m̃ris mille libras cũ arreragijs de vigintiduob9 annis p dictis mille frãcis.Dicebãt dicti hęredes q nõ debebãt de xij niſi ꝑ q̃ngẽtis libris,& q ſolutio facta p ipõs debebat diminuere debitũ iportãs arreragia poti9,q̃ aliud. Quid dicẽdũ: Videf primò q ſolutio facta itelligi f facta de pecunijs rõne quarũ bona erãt hypothecata.Nã
1 hoc ꝓbaf:†qñ vnũ debitũ eſt cũ hypotheca,alterũ ſine hypotheca:ſolutio i dubio videf factã ꝑ credito ꝑ q̃ bona ſiit hypothecata:ſcđm Bar.& doct.i.l.cũ ex plurib9. ff.de ſolutio.Et ẽt iſtud videf voluiſſe tex.i.l.j.&.l.illud. vbi Bal.ff.de ſolutiõi. ¶Itẽ q̃a ſẽp debet cedere i ſolutũ illi9 crediti ꝑ q̃ debenf vſurę.l.ſi ex plurib9.§.fi. ff.de ſolutio.& ibi Barto.& docto. & in.d.l.cũ ex plurib9.vbi Bar.ponit veras & notabiles cõcluſiones. Sed iter alias vna ẽ q̃ mihi fuit viſa ſeruire ꝑ vna q̃ eſt ibi:ſi v̄ò quãtitates erãt diſpares,tũc ſolutio cedit ꝑ rata quãtitatis ſortis.l.pupilli.§.cũ i eo.ff.de ſolutio. Et iſta dicit & tenet Soci.i cõſi.ſuo.193.icipiẽte, Præſens cõſultatio.in.ſ. col.Et facit q̃ dicit Raphael Fulgo.i cõſi.vij.incipiẽte, Iã plurib9 annis elapſis.in.ij.col.& q̃ dicit Ludo.roma. in cõſi.xciij.incipiẽte,viſis his.in.ſ.col.Ex q̃ ergo i prædicto debito ſunt pecuniæ q̃ important arreragia, hoc eſt vſuras, & ratione quarũ bona ſunt hypothecata, in illis cẽſeri & iudicari debet ſolutio facta in dubio.

Ego tñ dixi q videbaf q dicti quingẽti frãci deberẽt cẽſeri & p̃ſumi fuiſſe ſoluti ꝑ primis quingẽtis frãcis,qui debebant ſortiri naturã mobiliũ.Tũ primò, quia in contractu matrimonij erãt primò deſcripti &

ratiõe ordinis scripturæ: solutio facta intelligi debet de primis in ordine.l.illud.& ibi Bar. & docto. ff.de solutioni. Tũ secũdò, qa ista est cõis cõsuetudo, & cõis obseruãtia toti⁹ patriæ hui⁹ ducat⁹ Burgũdiæ, ꝙ qñ sunt pecuniæ sortiẽtes naturã mobiliũ in dote, ꝙ primò soluuntur: iõ talis cõsuetudo est obseruãda: cũ id qđ consuetũ est sit attẽdendum.l.qđ si nolit.§.q assidua.ff.de

Argu.à cõsuetis fieri.

2 ædifi.edic. †& à solitis q̃ quotidie fiunt bonũ est argumentũ.l.certè.§.fin.in verbo, quotidie eñ p̃cario.ff.de precario.l.ĳ.§.meritò. ff.ne qd in loco publico.l.vt liberis.circa finẽ.ibi, vt assolet fieri: & ibi notaṫ. C. de colla. Nã qđ cõsuetũ est fieri debet obseruari. Faciũt q̃ p infinita dicũt doctores ĩ plurib⁹ & diuersis locis, maximè do.me⁹ Ias.in.l.certi cõdict.§.nũmos.in.iĳ.col.ff.si certũ peta.p eũdẽ in.d.l.vt liberis.in.iĳ.col. C.de colla. Feli.in c.cũ.M.ferrariẽ.in.iĳ.col.in.iiĳ.nota.extrà de cõstitu.& in.c.ex literis.versicu.vĳ.& vltima.extrà de fide instru. Feli.in.c.cũ oẽs.x.col.extrà de cõstitutio. Faciũt q̃ dicit Alex.cõsi.27.ĩcipiẽ. In causa & lite vertẽte.& in cõsi.28. & ĩ cõsi.105.incipiẽte, reuerẽde dñe.in.ĳ.volu. vbi dicit
3 †ꝙ notari⁹ simpliciter rogat⁹ intelligiṫ apponere clausulas consuetas.& in cõsi.j.in.v.col.in fi.in.v.vol.

☞ ADDITIO. Faciũt q̃ ad hæc dicit Matthæus de Afflictis in cõstitutione regni Siciliæ, q̃ incipit, baiulos oẽs.in.x. notabili. intellige tñ de notario q recipit, nõ de alio q grossat, qm̃ nihil põt addere. Et intellige etiã anteq̃ instrumẽtũ sit grossatũ & incõtinẽti, nõ pòst, vt tenet Hippolytus de Marsiliĳs singulari suo.cxxiĳ.incipiẽte, in iure clarũ est. * ¶Et qđ dicit in cõsi.suo.cvĳ.incipiẽ. Pro inuestigatiõe p̃di-
4 cta.in antepe.& pe.col.in.ĳ. vol.vbi dicit †ꝙ cõuentiones & capitula facta in aliqua p̃ria, intelliguntur facta scđm cõsuetudinẽ & cõmunẽ obseruantiã illi⁹ patriæ: quia qđ cõsuetũ est, attẽdi debet: imò etiã in illicitis excusat. Faciũt q̃ dicit Barb.in cõsi.iiĳ.in.vj.col.in.ĳ.volu.
5 vbi dicit †ꝙ si illud qđ est ĩ obseruãtia, & morib⁹ vtentiũ obseruaṫ est tãtæ efficaciæ qđ tollit statutũ in cõtrariũ. ita do.me⁹ Ias.in.l.rẽ nõ nouã.ĩ.j.&.ĳ.col. C.de iud.
6 & facit †cõsuetudo licitũ qđ aliâs eẽ illicitũ.p do.meũ. in.l.certi iuris.in.ĳ.colũ.de iudic. imò qđ plus dicit in specie Alex.in cõsi.suo.85.incipi. Põderatis narratis.in fi.in.j.volu.ꝙ in solutiõe p̃sumẽda ex qua cã sit solutũ ꝙ attẽdendũ est id qđ cõsuetũ est fieri: puta ꝙ si cõsuetudo est qđ poti⁹ soluaṫ in vnã causam, q̃ in aliã: & nihil sit dictũ in solutiõe: ꝙ p̃sumiṫ in illã causam in quã cõsuetũ erat ita fieri. ex quo ergo cõsuetũ est in hac patria fieri solutionẽ in his primò q̃ sortiunṫ naturã mobiliũ: p̃dicta solutio iudicabiṫ facta p his quæ sortiunṫ naturã mobiliũ, & nõ de his q̃ sortiunṫ naturã immobiliũ. nihil fuit iudicatũ in casu supradicto: qa deuenerunt ad cõcordiã, sed si casus eueniret, esse p amico: nisi ptes inter se cõuenirent: cum ad p̃dicta posset rñderi, ꝙ de his q̃ nõ sunt scripta in cõsuetudinib⁹ nostris est recurrendũ ad ius cõmune: nec potest alia cõsuetudo seu obseruãtia allegari, nisi sit scripta in hoc volu. cogita.

Consuetudo ex illicitis licita facit.

In textu ibi

C'est assauoir, x. pour.c.

LEx taxat in.l.fi.§.p̃terea.C.de iure dotiũ. sed Bald, in cõsi.xciiĳ.in.j.pte dicit ꝙ illi taxatiõi nõ est standũ, sed est cõsiderãdus mos regionis: iõ dicit Bal.in.d.l. fi.§.p̃terea.ꝙ in aliquib⁹ locis sunt statuta, ꝙ præstenṫ decẽ p cẽtenario, vt est in hac p̃ria: & est satis pbabile: qa scđm vsum cõmunẽ mercãtiæ tale lucrũ affectaṫ.c. p vestras literas.extrà de dona.inter virũ & vxorem.

☞ ADDITIO. Et dicit Bar.in.l.in lege Falcidia.iiĳ.ff.ad legẽ Falcidiã, qđ p statuta loci põt introduci tale lucrũ ad decẽ pro cẽtũ. Sed aduerte: qa istud interesse qđ cõpetit marito in hoc casu, nõ põt per maritũ alteri cedi, vt tenet Bal.in rub.C. de vsuris.ĩ quinquagesima q̃stiõe. quẽ refert Petr⁹ belluga in suo speculo principũ, in titu.de ppositiõe grauaminũ.§.de vsurariĳs. nume.xvj. sed vt ibi dicit, secus est in interesse qđ debeṫ venditori fundi pro p̃tio eidẽ nõ soluto p emptorẽ, qui interim pcipit fructus scđm l.curabit.C.de actio.empti.qa põt alteri cedi. *

In textu ibi

Des le terme qu'ilz sont pmis de payer.

SVbaudi (quilz).s. (deniers) & non (quilz).s.(arrerages.) & sic per hũc text.cõstat ꝙ illud tẽpus currit à tẽpore quo pmissa fuerit pecuniæ solutio, & destinata fuerit solutio pecuniarũ assignatarũ, aut pmissarũ assignari: & nõ à tpe q̊ pmissa sunt arreragia solui ex dictis pecuniĳs.& sic istud verbũ (quilz) relatiuũ referṫ ad pmissionẽ solutiõis pecuniarũ, & nõ ad pmissionẽ solutionis arreragiorũ ex dictis pecuniĳs prouenientiũ.

ET Venit mihi casus in facto ad cõsulẽdũ, in quo quidam pmiserat mille ducatos pro dote suæ filiæ, & pmisit soluere quinq; centũ in die nuptiarũ: qđ fecit, alios verò quinq; centũ debebãt soluere eius hæredes post ei⁹ decessum: an hoc casu currãt arreragia statim post decessum: an verò requiratur interpellatio?

Casus facti.

dummodo nõ excedat duas partes:an possit institutus si nõ sint tot iugera,sequi vsq; ad talẽ numerũ:vel si sint plus,dummõ nõ excedant duas tertias partes possit totum cõsequi:ita q; heredes nõ possint repetere.¶Dic q; si præponaĩ numerus,habebitur respectus ad numerũ. si vero postponaĩ,erit solum cã demonstratiõis:& non vitiat,maxime si sint cõfines:qm̃ attendi debẽt confines hoc casu:nec demõstratio numeri falsa vitiat nec minuit corpus fundi cui adijciĩ.l.si fundũ sub cõditione.§.si libertus.l.si seruus legatus.§.q quinq;.ff.de leg.j.l.his verbis.§.paterfamilias.ff.de leg.iij.l.demõstratio falsa.ff. de condi.& demon.& ibi Bar.in prin. ver. quæro quarto quid in contractibus.¶Et facit qa designatio confiniũ rem designat,et qcqd est intus includit.l.ede sacra.§.j.ff. de contrahen.emp.& l.si fines.C. de euictio. & ita tenet Oldr.cõsulendo in consi.suo.cxcvij.inci.in cõfessione cuiusdam.& multi alij quos do. Ale.refert, & sequitur in consilijs suis.cvj.&.cvij.in.vj vol.¶Intellige tñ q; in hac dispositione testamentaria si numerus excedat duas tertias partes quocunq; siue p̃ponaĩ siue postponaĩ vitiat testamentũ:qa as legitima nõ esset relicta:q; fieri debet as testamentũ esset nullum:vt in consuetudinibus præceden.¶De hmõi confinib⁹ qñ est in eis defectus in plus aut minus,vide Gui.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verbo,ortum.nu.14.&.15.

In textu ibi

Peuent & doibuent.

Possunt et debẽt, 1 ISta duo†verba simul iuncta important necessitatẽ.c. j.in verbo,possumus & debemus extra vt eccle.bñfi. de.ij.cũ gl.in verbo,debent.de statu mona.facit.l. p̃tor. in prin.ff.de eden.Alex.in cõsi.suo.ccxxiij.in fi.in.ij.vol. & hoc est qñ ponuntur dispositiue:secus autẽ hic cum tantum sint narratiue posita.

In textu ibi

Et sont saisiz.

LIcet em̃ iste hæres sit saisitus,tñ potest adhuc petere se manuteneri in illa saisina et possessiõe:ex quo hodie habemus practicã apud nos, q; hæres siue ex testamento,siue abintestato,statim facit se manuteneri in dicta possessiõe q;(vt dicunt quidã)diciĩ quartum in interdictũ seu remediũ possessoriũ.Dixi.s̃.in hoc ti.in.§.j.i tertia limitatiõe vbi posui,nunqd dicta cõsuetudo simpliciter dictans mortuũ saisire viuum,intelligiĩ tam de herede ex testõ q̃ ab intestato:sed illa est inutilis disputatio p̃pter hunc.§.q disponit hæredem ex testamento saisitũ esse mortuo testatore de his que sibi erunt relicta in testamento.¶Et aduerte†qa etiã possessio põt tradi in vltima volũtate.l.lucius.ff.de leg.ij.Bal.& post eum Barbaria.in.c.ij.in.iiij.col.de consue.in antiquis q; intellige verum in vltima voluntate valida,eo quia clausule apte ad transferendum possessionẽ nihil operanĩ in cõtractu nullo.dixi.s̃.§.j.hoc eodẽ tit.in gl.(saisit)ergo idẽ in vltima voluntate.Cũ bonum sit argumentũ de cõtractibus ad vltimas voluntates.notaĩ in.l.que de legato. per do.meum Ias.ff.de lega.primo.

Possessio tradi potest in vltima voluntate. 1

VIde Bal.in.c.j.de cõfirmatio.vtili vel inutili.allegatum per Gui.Benedicti in sua repe.c.Ray.in verbo in eodẽ testamẽto relinquens.j.nu.254.de testa.vbi dicit q; si testator apposuerit in legato p̃cariũ,legatari⁹ poterit eo mortuo app̃hẽdere possessionẽ p̃pria autoritate.

INtellige etiã predicta habere locũ in instituto in re certa,qm̃ licet habeaĩ loco legatarij:qñ est datus hæres vniuersalis:tñ etiã põt p̃pria autoritate apprehendere,prout institutus vniuersalis: vt tenet do. meus Ias.l.j. quoties.in fi.C.dæredi. instit. vbi etiã dicit idem esse in simplici legatario,qñ cõstat de volũtate testatoris.¶Vide q̃ dixi.s̃.in.§.j.in gl.(saisit)ibi:& aduertere q;. cõstitutum translatum post mortem nõ valet.*

2 SEd iuxta†predicta quero:nũquid substitutus virtute huius cõsuetudinis dicaĩ saisitus mortuo primo hærede vĩ q; sic:qa substitutus est heres,cũ dicatur scd'o institutus:vt notaĩ in.l.j.ff.de vul.& pupil. substi. & in rubrica:& dicit tex.in.l.in rõne.in.j.in.§.j.&.§. si filio.& 3 l.qui fundũ.§.si filiũ.ff.ad.l.falci.†q; substitutio est cõditionalis institutio:ergo adueniente tpe cõditionis,substitutus diciĩ institutus; ergo debet esse saisitus p dictã 4 consuetudinẽ.¶Tu tñ tene contrariũ:†quia substitutus contingente casu substitutionis non diciĩ succedere hæredi defuncto,sed primo testatori.Textus in.l. cohæredi. §.cũ filiæ.ff.de vul.& pupi.Et iõ cũ substitutus nõ succedat vltimo hæredi defuncto,q erat saisitus p morte primi testatoris:non diciĩ eius successor seu hæres:p consequens nõ põt ei cõuenire dispositio dicte cõsuetudinis: quia cui nõ cõueniunt verba statuti,nõ cõuenit & eius dispositio.l.ita aũt.i prin.ff.de admi.tut.l.iij.§.p̃tor. vlt. toties.& ibi Bar.ff.de dam.infec.c.ad nostrã.le. iij. extra de iureiu.Ale.cõsi.suo.xvij.in.j.col.i.j.vol.& in cõsi.lvij. inci.Prospectis testamẽto & codicillis.in.iij.col.in.ij.volu.Et faciũt quæ plene dicit Feli.in.c.nõnulli.invlti.charta principij.extra de rescriptis.¶Itẽ verba debent intelligi per prius, & non per posterius, vt notat Bald. per illum tex.in.l.j.C.de successo.edic. & facit text.in.l.qui hæredi.§.cum hæreditas.ff.de conditio.& demon.vbi di 5 cit tex.†q; conditio dandi q̃ debet impleri ex p̃sona hæredis:intelligiĩ in eo qui p prius est hæres:nõ aũt qui in scd'o effectualiter est hæres iudicio testatoris.¶Faciunt & alia q̃ adducit do.meus Ias.in.l.q liberis.§.hæc v̓ba.in j.&.ij.col.ff.de vul,& pupi.& in.l.non solũ.in prin.ff. de noui oper.nun.& in.d.l.j.C.de succes. edicto. in.ij.&.iij. col.Ex quo ergo substitutus non diciĩ hæres per prius, sed p posterius:iõ non cõprehendetur in statuto faciẽte mentionẽ de hærede.¶Facit etiã,quia sermo simpliciter prolatus intelligiĩ de primo:& dispositio regulariter verificaĩ in prima vice:p tex.in.l.boues.§.hoc sermone.ff. de verb.sig.& in.l.dotis promissio.§.fi.vbi Bar.ff. de iure dotiũ.plene p do.meũ Ias.in.l.duobus.§.si ei qui.ff.de iureiu.& in.l.diuortio.§.q; in anno,in.iij.col.ff.sol. mat. Feli.in.c.innouamus.extra de treuga & pace.Ex quo ergo cõsuetudo nr̃a faciens mentionẽ de hærede est verificata in primo hærede nõ habebit locũ in scd'o herede, & in illo q secũdario diciĩ heres:puta in substituto qui dr̃ scd'o institutus.Et facit p hac parte:quia si aliter esset 6 sequereĩ absurdũ†scilicet quia duæ fictiões simul cõcurrerent:q; esse non põt.Glo.in.l.j.C.de dotis p̃missio.l. si is q.ff.de vsuca.&.l.q substituti.ff.de solu.Bal.in.l.super longi.invlti.col.quasi in fi.C.de præscri.longi tp̃is.& di cit do.meus Ias.in.§.fuerat.in.xij.col. per gl. in dicta.l.j. 7 †q; duo specialia non possunt simul concurrere:q̃ multi dicunt ad hoc singularem:sed ibi domi.meus allegat vnam in.l.cum post.§.gener.in verbo,placuit.ff.de iure dotium quam ad hoc allegat Alexan. in consilio suo. xiij.incipiente.Ex his que in themate.in.iij.col.in primo volumi.

Qu[...]

Su[...] est[...] tion[...] istitu[...]

Fictiões duæ co[...] currere nõ debẽ[...] Nec duo spẽalia

vol.repetito in cōsi.xcvj.in.j.vol.& in cōsi.xix.i.iiij.vol. sed sic est nunc ꝙ cōtinuatio possessionis in hæredē quę fit p consuetudinē nostram est trāslatio ficta: ꝓut dicit Areti.in.l.j.ff.de acq.pos.& vocat̄ talis possessio artificialis:p Bal.in rubrica de cā possessionis & ꝓprieta. in pe. col.& p Alex.in cōsi.xxiiij.in.j.col.inci.attētis his. in.iij. vol.vbi si bn̄ pōderet̄ ei⁹ dicta, tenet filiū obtinere debere in possessorio virtute talis statuti cōtra substitutum, & si talis dispositio extenderet̄ ad substitutū, essent duæ fictiōes:vna in primo hærede, alia in scd'o hærede.¶Sed ad hoc posset dici hoc mō:non cōcurrūt simul, sed diuersis tēporibus:& iō nō sumus in predicta regula q̄ dicit, ꝙ simul cōcurrere nō pn̄t:iō dicit ꝙ vnū est spāle, ꝙ trāsferat̄ possessio in hæredem p statutum:& vna est fictio.

Ver⁹ hæres quis. ¶Itē etiā alia est fictio, ꝙ substitutus sit hæres : cū verus hæres & ꝓprie dicat̄, q est primo institutus:per fictionē ergo iuris substitutus pōt dici hæres:cū vt dicit tex. in.l. si filius.§.ꝙ cū eo.§.pe.& in.l.postulāte.ff.ad trebel.non est heres, sed loco heredis:iō fictione iuris dicitur hæres: & iste duæ fictiones simul cōcurrent: tn̄ ad hoc posset dici:ꝙ iste due oriunt̄ ex duplici fonte:qa vna à dispositione cōsuetudinaria, alia à dispositiōe iuris cōis:et ideo posset dici ꝙ possent simul cōcurrere:prout voluit dicere do.meus Ias.in.l.qm̄ in priorib⁹.in.ij.col.C.de inof.testa.& Felinus in.c.cū M.ferra.in.vij.col.extra de cōstitutio.vbi limitat hanc regulam tribus limitationibus.

Inducta p fictiōe nō extēdenda. 8 ITem facit†quia vbi aliqd est inductū per fictionē: vt est hmōi saisimētū, seu translatio possessiōis i hæredē: standū est primis terminis ipsius dispositionis:nec aliquo mō debet fieri extensio.l.pater.§.fi.ff.de capti. facit 9 lex cornelia.cū gl.ff.de vul.& pupi.†vbi fictio legis cornelie validās testamentū principale nō extendit̄ ad tabulas pupillares:ita dicit Ale.i cōsi.suo.x.ici.vr̄ fortasse. in fi.iij.col.& in.iiij.col.in.j.vol.licet videat̄ tenere cōtrariū per illa iura.Soci.in cōsi.suo.cxj.in.ij.col.ibi, cōfirmatur ēt.& hoc est maxime qa fictio nō pōt sortiri effectū nisi ad ea quæ scd'm naturā possibilia esse possunt.l.deniꝗ.ff.ex quibus cau.maio.& Cy.in.l.siue possidetis.C. de ꝓba.impossibile est em̄ scd'm naturā ꝙ testator qui decessit forte à lōgissimo tpe possit post mortem primi hæredis saisire substitutū:maxime qa requiritur ꝙ saisitus sit in possessione tpe quo saisit:ꝙ non pōt esse in primo testatore, qui nō amplius est saisitus, & istud tenuit Alex.in terminis ꝙ substitutus nō possit se dicere saisitū ꝟtute dictæ cōsuetudinis:ita tenuit in cōsi.suo.xl.inci.ꝓspectis his q̄ à præsupposito.in.ij.& iij.col.in.iij.vol.qd' est repetitū in cōs.lxxxij.in.ij.vol.vbi plene examinat.et iō cōlului in casu emergēti in comitatu Burgūdie ꝙ filiæ dn̄i de champdiues debebāt obtinere in possessorio aduersus dn̄m de chaigni se ꝑtendentē substitutū.& faciūt etiā q̄ dicit idē Alex.in cōsi.xxiiij.in.iiij.vol.§.alle.

Casus notabilis. ET adde ad predicta notabilē decisionē Guid.pape q.cccccxij.vbi quærit, nunqd vna possessio operet̄ effectū circa duos successiue, ponendo casum notabilē. Titius bona sua donauit Caio eius fratri i casu quo ipse decederet sine liberis vsufructu retento & cōstituit se precario noīe ipsius Caij possidere ipsa bona. & casu quo ipse Caius sine liberis decederet ipse talia bona donauit Sempronio, se ēt cōstituēdo ea noīe ꝑcario possidere, et vsufructu retēto ꝓut supra:obijt dictus Titius donator sine liberis:& ita habuit locū donatio in ꝑsonam dicti Caij:q bona possedit:morit̄ deinde dictus Caius et sine liberis relicto certo hærede:et ita casus sub quo donatio fuit facta Sēpronio euenit:cōtra quē heredem Caij egit Sempronius rei vendicatiōe:asserendo sic vt ꝓmittitur donata sibi pertinere iure dn̄ij vel quasi:querit̄ postmodum, vtrū bn̄ agat. vr̄ ꝙ insequendo ꝓdicta debuisset dixisse, vtrū possessio mortuo Caio sit translata penes Sempronium istud esset in casu nostro melius dubitare:qa casus mihi nondū euenit:nō aliud dico q̄ sit dictū per Guidonē pape in dicta qone:& iō ex dictis ibi p eū & supradictis cogita quid in hoc casu dicendū esset, si casus eueniret in facto:& pro certo esset casus ꝓ amico. ¶Aduerte, qa hoc anno dn̄i.M.cccccxviij.xx.die Decēbris fuit iudicatū in curia parlamēti Burgūdię, ꝙ substitutus nō erat saisitus.& hoc pro dn̄o de busly rōne ꝓcessus existētis sup terris & seigneurijs de Selongey, boussenay, le fay, & pluribus alijs terris:& fuerunt repulsi substituti imperrantes in materia guardiæ p fines nō recipiēdi, ex quo fuit iudicatū scd'm opinionē meā hic ante positā & iō non erit amplius dubitandū.Cōtrariū tn̄ iudicauerūt dn̄i de parlamēto Tholosanovt refert Gui. bn̄dicti in sua repe.c.ray.in ꝟbo, mortuo itaꝗ testatore (le second)nu.74.de testamētis.et ego in casu emergenti cōsului scd'm opi.Tholosanā:q̄ credo veriorē, vt euitet̄ ☞ iuris circuitus.¶Et dubiū pōt esse in fideicōmissaria sed in directa substōne mortuus saisit viuū sicut in institutiōe vt dicit idē Bn̄dicti in dicta repe.in ꝟbo, si absꝗ liberis.iij.de & compendiosa substōne.nu.14.de test.

In textu ibi

Ceulx qu'il aura instituez.

NOtanter dicit̄ (instituez) qm̄ si esset legatū, aut alia vltima volūtas nō essent saisiti legatarij, sed capere deberēt p man⁹ hęredū. Textus in.§.legatū.insti.de lega. facit.l.ij.C.e.sed institutus mittit̄ i possessionē de iure.l. fi.C.de edicto diui adria.tol.et iō nō mirū si p cōsuetudinē sit saisitus. Sed qd si errore notarij dicat̄ in testō dono lego, & p institutionē relinquo:dic ꝙ q̄n eidē cōstet de volūtate testatoris ꝙ voluit institutionē hęredis facere, semp tenenda est institutio:qm̄ quecūꝗ ꝟba legatū importantia, vel aliū relicti titulū pōt testator disponere et alterare ꝙ institutionē importent:vt est casus in.l.qm̄ in dignū.C.de test.ibi, dum dicit, sed qbuslibet cōserta sententijs forma institutio valeat si modo p eā liquebit voluntatis intentio.cū ergo hæc verba p institutionem relinquo, satis demonstrāt intentionē testantis, illi standū est ita ꝙ hec verba dono & lego nihil operabunt̄, ne error aut imbecillitas notarij noceat, cū appareat de volūtate testātis.l.errore scribentis.C.de test.& ibi do. meus Ias.facit.l.fi.C.de fideius.vbi imbecillitas notarij non debet nocere partibus. *

In textu ibi

Par son testament uallablement faict.

Testm̄ duplex. 1 LIcet†olim essent plura gn̄a testamentorū: vt patet instituta, de testa.ordinā.tn̄ quia hodie sunt in vsu tantummodo duo testamēta, scilicet in scriptis, & nuncupatiuum:ideo de eis tantummodo faciam mentionem.

Ad testm̄ in scriptis reqsita. 2 ¶†Quantū aūt ad testm̄ in scriptis requirunt̄ plures solennitates. Primo em̄ requiritur ꝙ sint septem testes.vt.in.l.hac consultissima.C.de testamen.sed glo. ibi

ponit aliquos casus, in quibus requirunt plures, & in quibus sufficiunt pauciores.

ADDITIO. Intellige verũ ad probandũ volũtatẽ defuncti: sed ad ꝓbandã solẽnitatẽ defuncti id est, ꝙ testm̃ fuerit factũ corã septẽ testibus, sufficiũt duo testes, vt dicit gl. in. c. deus oĩpotẽs. ij. q. j. Bal. in. l. ij. C. de bono. pos. scd'm tabulas. ꝙ an sit verũ, vide Mat. de af. in consti. regni Siciliæ quæ incipit, in strumentorũ robur. in. iij. qõne. & dicit Hippolytus de Marsilijs singulari suo. dvj. inci. nemo prudẽs ꝙ si testm̃ sit factum corã septẽ testibus, & scriptura sit perdita, sufficit hoc casu probare amissionem illius scripturæ & cõtinentiam ipsius per duos testes probare, ad hoc vt dicatur testm̃ esse plene probatum. ita etiam tenet Guil. bñdicti in sua repe. c. Ray. in verbo testm̃ primo. nu. 92. ibi, plus dico ꝙ si testamentum. de testamentis. *

Septem testes.

ADde alium casum vltra gl. l. in testamento cõdito ad pias causas: quia duo testes sufficiũt. c. cũ esses. & c. relatũ. iij. de test. Item in oĩbus testamẽtis cõditis in terris subiectis eccl'ie, licet nõ ad pias cãs cũ p̃sbytero parochiano. d. c. cũ esses. Spe. in tit. de instrumẽto. editione in. §. cõpendiose. ver. item si p ius canonicũ. dicit idẽ esse qñ sunt quatuor testes sine parochiano. Ias. in. d. l. hac cõsultissima. in. ij. col. ibi plura allegat. vbi ponit casum in peregrinis q̃ vadũt Romã, qui possunt testari corã duobus testibus. ¶ Quomõ testm̃ possit ꝓbari per duos testes, & q̃ñ duo testes in eo sufficiant, vide Gui. bñdicti in sua repe. c. ray. in verbo, testm̃. j. in. xij. fallentia de test.

3 ¶ †Itẽ nunq̃d iste numerus possit tolli per statutũ vel cõsuetudinem, vide do. meũ Ias. in. l. fi. C. de test. post Bar. ibi. ¶ Itẽ nunq̃d propter necessitatẽ, hoc est nunq̃d tpe pestis valeat testm̃ cõditũ corã duobus testibus, do. me⁹ Ias. in. d. l. fi. melius ꝙ viderim disputat & finaliter cõcludit ꝙ sic. nũq̃d aũt iste numerus sit de forma substãtiali: vide p do. meũ in. l. cum q̃s. in. iij. col. C. de iuris & facti igno. & in. l. ij. C. de bono. pos. scd'm tabulas.

An iste numer⁹ testium statuto mirui possit.

4 SEcundo †reqrit̃ ꝙ sint rogati. d. l. hac consultissima. & sic fortuiti nõ sufficerent: & istud non solũ ꝓcedit in testamento in scriptis: sed etiã in testõ nuncupatiuo: vt probat̃ in. l. hæredes palã. §. in testamentis. ff. de testa. gl. in. §. fi. in v̾bo, adhibitis. insti eodẽ. de test. do. me⁹ Ias. in. d. l. hac cõsultissima. i. j. col. regulare tñ est ꝙ testes fortuiti sufficiãt, preterꝙ in quatuor casibus: vt est gl. in. §. j. in v̾bo, iniungat̃. in aut. de tabel. colla. iiij. allegata in §. & licet, in fi. in aut. de testi. colla. vj. ¶ Adde etiam ꝙ testes in matrimonio debẽt esse rogati. gl. in. c. nostrates. xxx. q. v. ¶ Quando tñ dictum est ꝙ testes in testamẽto debent esse rogati limitat tribus modis do. meus Ias. vno modo scilicet ĩ testamẽto cõdito à p̃re inter liberos, glos. est nota. in. l. fi. ad fi. C. de codicillis. & ponitur in. d. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. alias duas limitationes nõ pono. cùm nõ sint veræ. & dicit ibi do. meus Ias. allegãdo Frã. de Aretio. ĩ. d. l. hæredes palã. §. fi. ff. de test.

Quod testes sint rogati.

Hoc limitat.

5 q̃ illas reprobat. †et debẽt tales testes esse rogati à testatore vel à notario. gl. ꝙ ĩ aut. rogati. C. de testi. et ibi Bal. Ioã. fab. ĩ. §. fi. isti. de test. et istud late disputat do. me⁹ Ias. in. d. l. hac cõsultissima. ĩ. j. & ij. col. et idẽ ĩ. l. sciẽdũ ĩ. xvij. col. ff. de v̾b. obl. & ĩ. l. si ita q̃s. in scd'a lectura ĩ fi. ff. de vul. et pu

A quo rogari debeant.

6 pi. & ĩ. l. serui electiõe. q̃si in fi. ff. de leg. j. vbi dicit †ꝙ sufficit testes esse rogatos incontinẽti post cõditũ testamẽtũ.

7 TErtio †requirit̃ ꝙ testes sint liberi: q̃a serui nõ possunt in testõ testes esse. l. q̃ testõ. §. seruus. ff. de test.

Vt liberi.

8 nisi cõi opiniõe reputarẽtur liberi. l. j. C. de test. ¶ †Quęro iuxta ꝑdicta habemus ĩ hac patria quoddã genus seruitutis, q̃ dicũt̃ hoĩes nr̃i & villani: & sunt hoĩes manus mortue & talliabiles ad volũtatẽ dñi: nũq̃d tales possint esse testes in testamẽto. nã tex. habem⁹ exp̃ssum in cõsuetudinib⁹ nr̃is, q vocat eos seruos: vt est tex. ĩ. tit. (des mainsmortes.) in. §. octauo, inci. (Et se vne femme franche se marie à vng hõme serf &, de mainmorte) nãvt patet per illũ tex. hoĩes manus mortue isti⁹ patrie sunt & possunt dici serui: ergo nõ debẽt admitti in testes in testamẽto, & maxime q̃a si bñ considerẽt natura istorũ hominũ æq̃parant̃ seruis vt dicã in discursu illi⁹ tituli (des mainsmortes) igit̃ &c. mihi vr̃ ꝙ tales hoĩes possũt esse testes in testõ: q̃a vt dicit Bar. in. l. hostes. in. iij. col. ff. de cap. & postli. reuersis. hodie iura captiuitatis & seruitutis inter Christianos non obseruant̃ quo ad ꝑsonas, sed quo ad res tantũmõ, q̃ bñ possunt esse seruæ: & iõ ex hoc facta est nr̃a cõsuetudo in tit. (des mainsmortes.) §. j. in sequẽdo dictũ Bar. q̃ ordinauit nullos esse seruos corpore in Burgũdia: ex quo est eis data ptãs, relinquẽdo res & hereditagia q̃ sunt cõditiõis seruilis, se dicere & noĩare frãcũ & liberũ xp̃ianissimi regis Frãcie nũc ducis Burgundie: vt patet in tit. (Des mainsmortes) . ĩ. in. §. (hõme de mainmorte peult desauouher) p ꝙ cõsuetudinẽ ipsam ponderãdo clare cõstat hereditagia esse tm̃ subiecta conditiõi seruili, & nõ personæ q̃a si ꝑsone essent subiectę requireret̃ manumissio: q̃ non reqrit̃: sed solũ opus est q̃d se dicat et nominet seu aduohet hoĩem francũ. & ex his vr̃ ꝙ possũt esse testes in testamẽto: et nõdũ mihi euenit casus: sed si eueniret, ita dicerem p rõnes supradictas.

An hoies manus mortuæ possint esse testes.

QVid de fratribus mendicãtib⁹ monachis, & alijs religiosis. ponit do. meus Ias. in. d. l. hac cõsultissima in. ij. col. C. de test. Gui. pape. q. ccccxvij.

An mo[nachi]

9 QVarto †reqrit̃ ꝙ sint puberes, & sic maiores. xiiij. annis. dixi suprà ti. ꝑcedẽti. §. iiij. qñ quadrauit ad propositum qui essent puberes.

Vt p[u]beres

10 QVinto †requirit̃ ꝙ sint masculi: q̃a mulier nõ põt esse testis in testõ. l. q̃ testõ. §. mulier. ff. de test. §. testes. & ibi gl. insti. de test. gl. in. c. forus. ad fi. in

Vt m[a]scul[i]

11 v̾bo, femina. de verb. sig. †sic etiã nõ põt esse testis in scriptura priuata trib⁹ testibus subscribẽda. tex. est in. l. scripturas. in v̾bo: virorũ. & ibi Bal. ad hoc notat. C. q̃ potio. in pig. habeant̃. in multis alijs est deterioris cõditionis mulier ꝙ masculus: q̃ nunc nolo dicere: sed eos enumerat Spe. in tit. de procuratore. §. j. in. j. ij. & iij. colũ. vbi ponit. xxxvij. casus in q̃bus vir est melioris cõditiõis ꝙ mulier: in multis etiã est melioris cõditiõis mulier. & ponit Spe. in dicto loco. xj. casus. & in multis paribus passibus ambulãt. et ponit Spe. in. d. loco. xiij. casus, adde ad supradictũ do. meũ Ias. in. l. hac cõsultissima. C. de test. et in. l. fi. in fi. C. de codic. ¶ Alia de subscriptiõe & chordulis ponunt̃ in tex. in. d. l. hac cõsultissima. vbi ãplius vidẽ

De scr[iptura] tes[tamen]tor[um]

12 dũ est q̃d dicat Pau. de ca. q̃ ponit. xiij. reqsita. ¶ †Sed vt ad practicã descẽdamus, ponẽdo formã ipsi⁹ dicam⁹ ꝙ primo debet sic fieri, ꝓut ponit Io. fa. Gallus p̃r practice primo eñ debes scribere testm̃ p te si velis ꝙ null⁹ sciat q̃ in eo scripta sũt: in hoc dicit tex. in. d. l. hac cõsultissima. si nullũ scire voluerint quæ in eo scripta sunt: vel p secretariũ tuũ si magis velis. prout est tex. in aut. & nõ obseruato quæ est posita post. l. iubemus. C. de test. deinde vocabis testes, & dices in eorũ ꝑsentia, ꝙ hoc vis fore testm̃ tuum: & rogabis quod sint tibi testes: & si per te & manu propria

F[orma] te[sta]ti.

nu ꝓpria scripseris:& hoc contineat̃ in schedula, nõ est opus ꝙ plus est scribas:si scribere nescis, octauum adhibeas q subscribat. & hoc est p.l.cũ antiquitas .C. de test. quæ vr̃ in hoc corrigere.d.l.hac consultissima. postmodũ facies ꝙ testes se subscribant in eodem testamẽto: & incõtinẽti, et qñ p te subscribes: erit talis subscriptio: ego talis volo esse huiusmodi chartã testamentũ meũ. & sicut in ea est scriptũ testatus sum:& qñ subscribũt testes debet esse talis subscriptio: ego talis vocatus & rogatus in testem ad testamẽtũ talis ꝙ hac scedula cõtinetur manu propria subscripsi, & tali signo signaui: & ista satis apparent in.d.l.hac cõsultissima.C.de test.et in.l.pe.ff.de test.& fiet sic: quia recipies satis de pergameno, & in prima parte scribes totam ordinationẽ tuam, & plicabis in rotulo et plicato rotulo remanebit tm̃ de pargameno ꝙ sciuerit fieri, subscriptiões:& qñ fuerint facte plicabis totam chartam:& in quadro sicut plicantur bulle curiæ Romanæ:& inuolues ĩ pãno seu lintheo:& illud lintheũ suet̃ ita large ꝙ possint poni chorde ad latera & de subtus: q̃ trãsibũt p lintheũ:& illis chordis pendebunt̃ sigilla:& erit bonũ si ponant̃ duo sigilla ad quodlibet latus & de subtus tria. si non habeas lintheũ, ponas in rotulo totũ, & recipe chordas, vel liteas de pargameno, quas pforato pargameno ponas per vltimã supficiẽ rotuli, & claudas cũ sigillis & sic de cõsuetudiẽ claudũt̃ attestationes, testiũ.& hãc formã ponit de ṽbo ad ṽbũ Io.fab.ĩ.§. possũt.insti.de test.& vide Spe.in ti.de instr.edi.§.vt aũt. ver.testamẽtũ.Io.fab.in dicto loco hic ãte allegato, dicit, ꝙ q̃uis nõ caueat̃, nec sit iure cautũ: erit tñ bonũ apponere diem et locũ: vt notat Azo.in summa de testamentis. ¶Dicit tñ idẽ Io.Fab.in.l.oĩum.C.de test.ꝙ nõ tenet cõsuetudo ꝙ credatur literis sigillatis concernentibus testamẽtũ:& an valeat testm̃ si nõ fuerit signatũ & sigillatũ signis & sigillis testium, vide Boerium in cõsue. septene Bituriceñ.tit.de test.§.j.in gl.magna.

13 Aliud est† testamẽtũ nuncupatiuũ, in quo quidẽ debent esse septẽ testes rogati masculi puberes: et debet fieri ipsis p̃sentibus & audientib⁹ voluntatẽ testatoris.§.p nuncupationẽ.in.d.l.hac consultissima .C. de test.& tale testamentũ obseruat̃ cõiter.dixi.s̃.de forma. c.cũ esses.extra de test.ꝙ habet locum de iure canonico. Guido pape.q.sua.ccccxliij.dicit, ꝙ habet locũ etiam in terris imperij: qñ testator est in graui infirmitate cõstitutus, & ꝙ ex illa infirmitate morit̃, secus si recõualesceret quia tñ credit testamẽtũ illud nõ valere vltra annum, ꝙ scilicet qñ testator testat̃ coram duobus testibus & curato parochiano: addit plus & dicit ꝙ vidit obseruari ꝙ in iure, vel alibi tpe pestis vbi copia testium nõ reperit̃, testamenta corã curato & duobus testibus facta valent & ita vidit obseruari & iudicari in iudicijs: ita in casu emergenti dixi ꝙ valebant: idẽ Guido pape in dicta .q. ponit al's species vltimarũ voluntatũ in dicta qõne. Ad q̃ te remitto: sed aduertendũ ad illam de qua in .l.fi.C. de test.qñ rusticus testatur in rure, vel loco campestri.

ADDITIO. De hmõi fallentia vide plene per Benedicti in repe.c.Ray.in ṽbo, testamẽtũ primo.nu.12.in.ij.fallẽtia ibi posita, de testamẽtis, & ĩ illa tota gl.ponit.xij.fallẽtias seu limitationes ad p̃dictã regulã ꝙ requiruntur septẽ testes, et ꝙ de iure canonico sufficiãt duo testes.vide eundẽ ibi nu.62. *

Sed aliud est dubiũ, an schedula repta in archa testatoris probet testm̃ etiã si non sint testes. doctores in l.fi.C.de fideicõ.maxime do.meus Ias.in.l.hac cõsultissima.§.ex imperfecto.C.de test.Gui.bñdicti plene ĩ repe. c.Ray.in verbo, testamentum primo.in.xij.fallentia:& in verbo in extremis cõstitutus, quasi in fi.de testamẽ. consului pluries, & dixi ꝙ valet, dummodo scriptũ, aut signatum, aut subscriptum manu testatoris.

Sed quia hic tex.noster loquitur, quando quis disponit per testamentũ ꝙ est ei permissum disponere de duabus partibus per testamentũ, & non plus: nunquid aũt si ipso viuẽte, vel etiã ipso existente in loco mortis disposuerit de oĩbus bonis suis, aut saltem ita disposuerit donando inter viuos: taliter ꝙ legitima non sit salua heredibus: an possint tales hæredes reuocare illam donationẽ, tanq̃ sit inofficiosa. iste casus quotidie euenit: & fui a pluribus iterrogat⁹: et qñ tales fiũt statim ãte mortem, & qñ fiunt consanguineis:& de pluribus alijs præsumptionibus. vide.s̃.in tit.(des droictz & appartenãces a gẽs mariez).§.iij.inci.(le mary cõstant le mariage)
14 in fi.& aduerte† q a donatio inofficiosa potest p heredes reuocari: etiam si testator iurauerit.do.meus Ias.in .l. ait Donatio inofficiosa re uocatur.
15 pretor.la.j.in.iij.col ff.de iureiu.†& dr̃ inofficiosa qñ est vltra duas partes totius hereditatis: vt est in testamento secundum nostras consuetudines.

ADDITIO. Quando p̃missum sit heredibus reuocare ꝙ p̃decessor fecit in preiudicium eorum: vide Mat.de Afflĩ.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, constitutionẽ diuæ memoriæ. in tertio lib.in.j.& viij.notab. *

In textu ibi

Selon raison.

Cum ergo consuetudo nostra se referat ad ius commune, debet intelligi scd'm ius cõe: & ideo testamentum factum debet habere omnes conditiones que a iure debent esse in testamento: de quibus hic ante dictum est in gl.præcedenti.arg.eorum que dicit Boerius in consuetudi.Bituriceñ.titulo(des prescriptions.)§. vj. in glo.consuetudo vel statutum.Sed quia vt videmus, de generali consuetudine regni Franci⁹ obseruatur ius canonicum.in.c.cum esses.extra de testamen.vt dicit Ioan.Fabri.in.l.j in principio .C. de sacrosanctis ecclesijs. & dicit Oldra.consi.ccxlviij.versicu.ad secundam questionem.quod ista consuetudo est Parisijs: an etiam apud nos sufficiat quod hoc modo fiat testamentum: cogita ex his que dicit Boerius in predicta consuetudi. testa.& de testamen.& vlti.volun.§.j.vbi narrat plures cõsuetudines circa hoc.& vide hic ante in prin.huius gl.

§.quinto.

Le testateur par testamẽt ne ordonnance de derniere uolunte ne peult faire lung de ses urays heritiers, & qui abintestat luy doibuent succeder, meilleur de laultre.

Videtur ꝙ ista cõsuetudo contrarietur dispositioni iuris communis: cum expresse dicat tex.in.l.parentibus.C.de inof.test.& .l. inter oẽs.C.familiæ herciscunde.ꝙ arbitriũ diuidendæ hæreditatis parentibus inter liberos non est adimendum:& valet diuisio, dũtamẽ assignet pro minori

legitimã.qui q̃dem tex.videtur esse contra hãc cõsuetudinem:& etiã vr̃ hæc cosuetudo esse contra tex.§.sivero aliquis.cum sĩlibus.in aut.de triente & semisse.colla.iij. quia aufert liberam testamenti factionem.¶Et ꝙ hęc diuisio q̃ fit ꝑ patrem inter filios sit actus vltime volũtatis,& non actus inter viuos patet,ex quo est tex.in.d.l. parentibus.& in dicta.l.iter oẽs.qui dicũt esse indiciũ, ex quo magis iudicandus est actus vltimæ voluntatis. & facit gl.in.d.l.inter oẽs.in ✠bo,iudicij.dixi suprà tit. (des droictz et apartenances a gens marie).§.ix.in glos. (de tous debtz.)vbi scripsi quòd etiam dicitur esse vltimum arbitriũ : ex quo est actus vltime volũtatis.ideo in hac patria subijceretur huic consuetudini, licet contrariũ fuerit iudicatũ in magno cõsilio regis inter dominos de Villernoult dictos de Iaulconet.Sed q̃d de rebus emptis ꝑ patrem nomine filij,an habeant vim donationis,an vltimæ voluntatis Iacobi.de sancto Geor. in aut.qui rem . colũ.xviij.C.de sacrosan.eccle.& Bal.in.l. filiæ cuius.C.familiæ hercíscundæ.vident̃ tenere etiã ꝙ habeat vim vltime volũtatis.dixi alibi ꝙ vr̃ habere vim

1 donationis.✱¶†In feudo vero pater non pot̃ assignare vni ex liberis fundum integrum,exclusis alijs.de quo per Bal.in titulo,de prohi.feu.alie.per Fede. in .c. imperialem.& Io. Rayne. in dicto.c.imperialem .§. habito.in allodialibus vero põt plus vni dare,q̃ꝫ alteri:vt habetur in.l.j.et secunda.C.de interdi.matri.in.l.cum pater.§.eui ctis.ff.de lega.ij.& do.meus Ias.in.d.l.parentibus .C. de inoffi.testa.tamen,videtur fundata sup æquitate vt dicam infra. ¶Quia hic ante dicitur quid in feudo. vide etiam quid in re emphyteutica ꝑ Iaco. de sancto Geor. in aut.qui rem.in repe.in.xviij.col.C.de sacrosan. eccle.

Auantagium. ¶Aduerte,quia fere in tota Gallia obseruatur cõtrariũ: quia etiam mulier est conditio primogeniti, qui debet habere auãtagium,siue annagium.de quo Io.Fabri facit mentionem.in.§.cæterum.insti.de legiti.agna. succe. & vide consue.Turonen̄.tit. (des successions des fiedz & aultres heritaiges.)arti.iij.& ibi per Io.sanxon.& dixi supra in rubrica,de consuetudine.ꝙ primogenitus succedat.tm̃ tamen importat hæc consuetudo,quantũ cõ

2 suetudo quæ est fere gñalis in tota Francia. † ꝙ quis nõ potest simul esse legatarius & hæres:quia nemo potest à seipso legatũ consequi.de qua per Boerium in.§.vj.x. ☞ col.gl.tit.de testa.& vlt.volunta.¶Ista consuetudo etiã habet locum in ducatu Borbonij,tit. (des successions.) articulo .ij. vt libro consuetudinum prædictæ patriæ scribitur. ✱

In textu ibi

Ne ordonnance de derniere uolunte.

Substitutiões an in burgũdia sint ꝓhibitę. 1 MVlti nostri practici huius patrię dicunt,ꝙ ꝑ hanc consuetudinem sunt prohibite substitutiones in Burgundia:sed non video ꝙ per hoc sit prohibita substitutio vulgaris,pupillaris,& alie,immo habeo tex. in terminis nostrarum ordinationum huius patrie,& que ibi obseruantur,ꝙ etiam substitutiones sunt permissæ: vt est tex.in ordinationibus parlamenti Burgundiæ in tit.(des inuentaires,& au quel cas il se doibuent faire).§. ij.& ideo non est dubium, ꝙ sicut quis in Burgundia potest aliquos extraneos instituere in duabus partibus suorũ bonorũ,ita & substituere:& etiã sicut posset oẽs suos hæredes ab intestato instituere, ita eis substituere, & eos inuicẽ substituere:dummõ sicut non põt ꝑ institutionẽ facere cõditionem vnius meliorẽ,ita nec ꝑ substitutionẽ.& si testator haberet pupillũ:põt eundẽ instituere,& illi substituere extraneum in duabus partibus totius substantiæ illius pupilli:sicut posset ille pupillus instituere aliquem extraneũ in illis duabus partibus:secundũ ꝙ dictum est in.§.præcedenti.si tñ dictus pupillus esset extra pubertatem,et in tali ętate ꝙ facere posset testamentum.& intellige sic de singulis.

2 ADuerte tñ†q̃a substitutio vulgaris vel fideicõmissaria dicetur onus & grauamẽ hæredis.l.cohęredi. §.cũ filiæ.ff.de vul.& pupil.substi.sed substitutio pupillaris dr̃ merus fauor & prouisio filij.dicto .§. cum filiæ: ita tenet do.meus Ias.in aut.res que.in.ij.col .C. cõia de leg.Quid ergo de fideicõmissaria videlicet instituo filiũ meũ,aut talem heredem meũ:& si decesserit sine liberis, substituo ei talem.de hac pendet ꝓcessus in curia parlamenti Burgũdiæ inter illos de domo de Chalõ,ad cãm successionis quondã dñi de Grignõ, cui illustrissimus princeps Orengie dicit se debere succedere,etiã in bonis existentibus in Burgundia:virtute vnius substitutionis fideicõmissarię,nunc non insisto:cum pendeat ꝓcessus. Subst. vulgaris gra... pupil... ...

☞ ADDITIO. Cum iste casus mihi sepe euenerit,ego dixi multis et in pluribus casibus ꝙ substitutiones in Burgundia sunt valide siue sint directæ siue fideicõmissariæ,sicut in patria iuris scripti.Nec tollitur effectus illarum ꝑ hanc nr̃am consuetudinem:cum ita sit.q̃ꝫ verba consuetudinis sint strictæ & proprie intelligenda,et ꝑ prius non ꝑ posterius,vt ante dixi in tit.(des droictz & appartenãces à gens mariez.) §.vj.in gl.(sur la moytie.)nu.24.& sumenda sunt in vero sensu.dixi suprà in tit.(des fiedz).§.viij.in ✠bo, (reale.) nu.4.& in hoc tit.in.§.p̃cedenti in gl.(& sont saisiz.)vbi dixi ꝙ substitutiões nõ comprehendunt̃ in statuto faciente mentionẽ de primo hærede:qm̃ substitutus licet sit hęres primi testatoris:& illi succedat,vt est tex.in.l.cohęredi.§.cũ filiæ.ff.de vul.& pupil.& ibi do.meus Ias.tñ nõ est verus hæres & primus,sed conditionalis,& scd's vt supra dixi.& ita etiam tenet idẽ do.meus Ias. in rub. ff.de vul.& pupil.ideo non cõprehendit̃ in statuto seu consuetudine mentionẽ faciente de vero hærede q dicit̃ proprius & primus.Et etiã quia vbi fit mẽtio de herede intelligitur de illo q̃ est immediate hæres.l.qui liberis.§. hæc verba.ff.de vul.& pupil.& ibi do.meus Ias. ꝙ non est in substituto q̃ nõ est immediate heres,sed post mortem primi heredis:vt dictum est.Et ideo si substituto & scd'o hæredi non conueniãt verba nostræ cõsuetudinis nec ẽt dispositio illius.l.iij.§.ꝓtor t ver.toties.ff.de dam. infecto.Alex.in consi.xvij.in.j.col.in primo vol.& consi.lvij.in scd'o volu.& maxime cum consuetudo vtatur his ✠bis (lung de fesvrays heritiers,& qui abintestat luy doibuent succeder)ꝙ nõ est in substitutis.Et etiam cum in primo casu hæc consuetudo sit exorbitans à iure, tollens in hoc dispositionẽ testatoris ꝙ non possit disponere vni plusq̃ꝫ alteri,ꝙ vr̃ esse contra ius,vt dixi in initio huius.§.ideo satis est ꝙ intelligatur in primo & vero hęrede,& non in alijs hęredibus,qui licet quodammodo possint dici hęredes secũdario & conditionaliter, nõ tñ sunt veri heredes:ideo cum nihil expresse, nec tacitæ de substitutionibus fiat mentio,recurrẽdum est in hoc ad id ꝙ ius cõe disponit,scd'm conclusionem nostrarũ consuetudinum.& ideo aduocati nostri deberent illas practicare , cum in illis sit materia quę implet bursas aduocatorum:

aduocatorũ:vt dicit do.me⁹ Ias.in rub.ff.de vul.et pupi. substitutio.referens dictũ Alberici magni practici Galliæ in comitatu Burgũdie & in patria iuris scriptivtunt his substitutiõib⁹ & cõsului in casu emergẽti in successione illorũ de Verey,vbi erat qõ de quadã substõne fideicõmissaria,in qua cõprehẽdebat terra montis sancti Vincẽtij q̃ est in patria cõsuetudinaria huius ducat⁹ Burgũdię,& comitatus Kadrelleñ.¶ Cogita tñ qa semp dubitaui q̧ substõnes ĩ hoc.§.cõtinent̃ ꝓpter v̈bũ(ordonnãce de derniere volunte)q̧ est gñale:& iõ q̧ tales substõnes pñt tm̃ fieri in casibus in qb⁹ possunt fieri institutiões et legata,scilicet in duab⁹ tertijs partib⁹,ita q̧ semꝑ remaneat quarta debita iure naturę,& cũ hoc fiet detractio quartæ trebellianicæ scd'm tex.& not.in.c.ray.extrà de testamẽtis.¶ Sed posset esse dubiũ,quid in Frãcia in multis locis,vbi est cõsuetudo fere gñalis,vt in ꝓpositura Parisiẽsi,balliuatib⁹ Meldeñ.Senoneñ.Treceñ.Vitriacy en Partoys,Carnoteñ.& in plurib⁹ alijs locis,vbi ꝓhibet̃ institutio hæredis,an sit etiam ꝓhibita substitutio. Sunt aliquę cõsuetudines q̃ nõ solũ ꝓhibent instõnes, sed etiã substõnes,vt est cõsuetudo Aurelianeñ.et in his seruãda est cõsuetudo.In illis vero vbi tm̃ instõnes hęredũ sunt ꝓhibite vr̃ q̧ ẽt sint ꝓhibite substõnes,saltẽ tales q̃ depẽdẽt à prima instõne:quia ꝓhibito antecedẽte vr̃ et consequens esse prohibitũ:sicut cõcesso antecedẽti cõcedunt̃ & ea q̃ ad illa accessiõe veniunt:vt notat̃ per do.meũ Ias.in.l.ij.ff.de iurisdictione oĩum iudicũ.sed sic est q̧ substitutio est scd'a institutio vt dicit gl.et do.me⁹ Ias.in dicta rub.ff.de vul.& pupi.& ita ẽt tenet Masueri in sua practica,in titulo,de succes.vlt.vol.¶ Posset tñ dici q̧ licet illa substitutio q̃ fit in testamẽtis tollat̃ ꝑ has cõsuetudines:non tñ tollitur illa q̃ fit extra testamentũ, vt est in.l.hęredibus.& in.l.j.§.fi.C.de caducis tollẽ.& facit.l.ab eo.C.de fideic.& in.l.j.C.de dona.cã mortis.aut in contractibus scd'm.l.quoties.C.de dona. q̃ sub mõ. de qbus per Gui.Bñdicti in sua repe.c.Ray.in verbo,si absq; liberis.ij.de fideicõ.substõne.nu.19.&.20.extra de testa.vbi ample de substõne que fit in cõtractib⁹,scd'm d.l.quoties que est multũ notãda,& ad q̄ pauci aduertunt in practica.Immo etiã est maxime in hoc aduertẽdum ad illã gñalẽ cõsuetudinẽ Frãcie q̃ est in multis locis,& fere in tota Gallia,q̃ non admittit instõnem hęredũ:seu dicit q̧ institutio hæredũ non habet locũ,qũo sit intelligenda,& vtrũ sit ita passim & indistinctæ vera,q̧ nunq̄ quis possit instituere heredẽ:q̧ si ita intelligatur, inuenio eam maxime exorbitantẽ,cum tollat liberã facultatem testandi.l.j.et ibi nota.C.de sacrosan.eccle.et ꝓ certo esset magna seruitus,q̧ nemo posset instituere hęredẽ:& istud est apud nos spãle in hoibus manusmortue qb⁹ ꝓhibet̃ dispositio ꝑ testm̃,vt.ĩ.in tit.(des mainsmortes).§.xj.q̧ si hæc cõsuetudo gñalis in Frãcia ita passim intelligeret̃ quo ad oẽs, redderet eos seruos quo ad hoc:nisi dicat̃ q̧ debet intelligi scd'm hanc nostram consuetudinẽ,scilicet quo ad illos q̃ succedere debẽt ab intestato:qm̃ institutio hęredis in vno ex illis non habet locũ:sed q̧ in casu vbi aliqb⁹ permittit̃ donare, aut alio modo relinquere,vel disponere de aliqua parte bonorũ q̧ in illa parte non possit hæres extraneus institui,dum mõ sit talis,q̃ nõ sit successurus ab intestato.nõ credo q̧ ille cõsuetudines ita intelligant̃:qa etiã prohiberet̃ vna via,q̧ alia esset ꝑmissum,q̧ fieri nõ debet vt dicit Bal.in l.fi.in vlt.col.C.sine censu vel reliquijs.Et faciũt q̃ dicta sunt.s̃.in tit.(des droictz & appartenances à gens mariez).§.iiij.in gl.ex quo dici posset,q̧ substõnes in talib⁹ casib⁹ valeãt,& sic ẽt instõnes.cogita si cas⁹ tibi eueniat in patria vbi viget talis cõsuetudo.✱¶ Sed iuxta ꝓ̄dicta q̃rit̃,nũquid ꝑ hec verba,si sine liberis decesserit:si sint liberi,cẽsent̃ vocati ex testamẽto vel ab intestato.al's consului Mediolani in cã emergẽti:& inserã in meis cõsilijs.

3 Quot aũt sint gña vltimarũ volũtatũ,ponit Guido pape octo in.q.sua.ccccxliiij.vbi dicit inter alia q̧ donatio cã mortis est vltima volũtas: 4 et hoc est qñ est in esse producta:sec⁹ si ante qa cõtractui æquiparat̃.do.meus Ias.in.l.seruũ.in.vij.col.C.q̃ test.facere pos.& in prin.illius col. ponit æquiparatiões inter donationem cã mortis,& vltimam voluntatem. *Genera vltimarũ volũtatum. Donatio causa mortis.*

☞ADDITIO. Hippolytus de Marsilijs in singulari suo.cxxxvj.inci.lõga ꝓfecto. dicit q̧ sicut legatũ ꝑ alienationẽ voluntariã legãtis reuocat̃:ita ẽt donatio cã mortis scd'm Dy.in.l. Stichũ q̃ meus erit.ff.de leg.j.q̧ dictũ refert Alex.in.l.non oẽs.in prin.ff.si certũ petat̃ subdens q̧ eadẽ rõne si superueniant inimicitię inter donantẽ cã mortis & donationẽ,induceret̃ reuocatio donatiõis,sicut cõtingit ĩ legato.l.iij.in fi. cũ.l.seq.ff.de adi.leg.dixi.s̃.ĩ tit.(des droictz & appartenãces a gẽs mariez).§.ix.gl.(& ne sont point legatz.)✱

Adde q̧ stipulatio facta ꝑ patrẽ stipulando pro se & filio intelligit̃ ordine successiuo, & est quædã donatio cã mortis.Iac.de sctõ Geor.in aut.q̃ rẽ.in.xvij.col.C.de sacrosan.eccle.Et de equiparatiõibus de qbus hic & etiã qũo donatio cã mortis tripl'r cõsiderat̃.Vide ꝑ Gui.bñdicti in sua repe.c.Ray.in verbo,testm̃.iiij.nu. 31.vsq; ad nume.41.de test.Et in fine illius gl.vide qd de mortis cã capione an sit vltima volũtas,& qũo differat à mortis cã donatiõe.¶ Aduerte,qa idẽ do.meus Ias. in l.sciẽdũ.q̃ est in.ij.lec.ff.de ponit vndecim æq̃paratiões inter vltimã voluntatẽ & donationẽ cã mortis.& inter 5 al's dicit † q̧ sicut in vltimis volũtatib⁹ habet locũ ius accrescẽdi ita ĩ donatiõe cã mortis.l.vnica.§.fi.& ibi Bar. & alij.C.de cad.tol.c̃quis sec⁹ sit in cõtractib⁹.l.si mihi et Titio.vbi Bar.& alij.ff.de v̈b.obli.& do.meus Ias.in.l.re cõiuncti.in fi.ff.de leg.iij.Ista cõsuetudo etiam habet locũ in ducatu Borbonij:in tit.(des successions)arti.ij.

Et aduerte,quia si fiat mẽtio mortis ꝓ̄sumit̃ donatio cã mortis.Bar.in.l.seia.ff.de dona.causa mortis Ale.in cõsi.lxxxj.inci.viso instrumẽto.in.ij.col.in.j. vol. hæc dico:qa fui cõsultus de quodã casu:quidã vni suorũ hæredum in suo testõ donauit quendã reditũ annũ hoc modo:dono etiam tali fratri meo tales reditus mihi debitos singulo anno ꝑ talẽ sup tali hæreditate retento mihi vsufructu:& volo q̧ post mortẽ meã vsusfructus reuertat̃ ad ipsum pleno iure:dubitatũ fuit,nunqd valuit hec donatio.videbat̃ q̧ nõ:qa ex quo erat facta in testõ,videbat̃ esse vltima volũtas:sed dixi q̧ etiã cõtractus põt fieri in testõ.l.hæredes palã.§.fi.ff.de test. sed nõ ecõtra:qa institutio hęredis,nec alia vltima volũtas põt fieri in contractu.l.tale pactũ.§.pater.in fi.ff.de pac. do.meus Ias.in.l.inter priuatos.in.ij.col.C.de pac.Itẽ dicebat̃ q̧ in prædicta donatiõe erat facta mentio mortis vt.s̃.dixi:ex quo ergo erat vltima voluntas:q̧ in ea non poterat fieri conditio vnius ex hæredibus melior,& alterius deterior:& sic q̧ dicta donatio tanq̄ causa mortis non valebat.De dicta in gl. quæ est in.l.hęredes palam. §.fi.ff.de test.q̧ cõtractus possit fieri in vltima voluntate *Casus facti.*

vide Georgium Natã in repeti.c.q̃uis.in.xvij.col.ỽ ſic.
circa ſcd'am partem ibi, tertio: quia ſequeretur.de pac-
tis in ſexto.

DIxi ꝙ hec donatio eſt donatio interviuos que põt
fieri invltima volũtate,vt dixi:& licet fiat mẽtio
mortis:iſtud non impedit:q̃a iſta mẽtio mortis non eſt
in ỽbis importãtib⁹ ſubſtantiã donatiõis, ſed in ỽbis
executiuis:quo caſu illa mẽtio mortis nõ facit illã dona
tionẽ p̃ſumi cã mortis:prout tenet Bal.in addi.ad Spe.
in tit.de inſtru.in vlt.col.inver.ſi q̃s dona.& ita dicit eſſe
de mente Spe.in dicto tit.§.porro.ver.aũt forma. & ita
6 tenet Alex.in cõſ.ſuo.xiiij.in.ij.col.in.j.vol.facit†q̃a ỽba
apposita in executiuis nihil operant̃,nec immutãt na-
turã actus.tex.eſt in cle.j.ad fi.de p̃bẽ.quẽ ibi exclamat
Panor. dicẽs illũ tex.neſcire alibi.ita refert & ſequit̃ do.
meus Iaſ.in.l.ius aũt ciuile.in.ij.col.ff.de iuſti.et iure.vbi
plura ad hoc alle.¶Itẽ hec mentio mortis eſt ſolũ facta
cã demõſtratiõis:& iõ non facit ꝙ donatio ſit cã mortis
Alex.in cõſi.ſuo.lxxviij.inci.viſis.in.iiij.vol.¶Et qñ mẽ
tio mortis appoſita in donatiõe facit indicare donatio-
nẽ cã mortis:vide Guil.bñdici in repe.c.Ray. in verbo,
teſtm̃.iiij.nu.xxiij.de teſt.vbi ponit ſeptem modos qui-
bus indicatur ꝙ mentio mortis inducat donationem
cã mortis & ibi ponit an reſeruatio vſuſructus in tẽpus
vite inducat donationem cauſa mortis.

Verba in executiuis.

ET cũ hec dixiſſem licet pro hac opiniõe habuiſſem
Ale.in dicto cõſ.xiiij.s̃.alle.tñ poſt quodãmõ hæſi-
taui ꝓpter quoddã argumentũ cuiuſdã aduocati He-
duẽ.q mihi dixit ꝙ ex eo q̃a vt dictũ eſt donatio cauſa
7 mortis eſt vltima volũtas:†et in vltimis volũtatib⁹ ỽba
poſita in executiõe operant̃.l.q̃b⁹ diebus.§.quidã titio.
ff.de condi.& demõ.Bar.in.l.j.in.ij.col.ff.de cõdi.& de-
mõ.ergo iſtud ỽbũ appoſitũ in executiuis debet aliq̃d
operari.iſtud argumentũ nõ eſt validũ:q̃a vt iã eſt dictũ
donatio ĩ ſua eſſentia facta nullã facit mẽtionẽ de mor-
te:& ſic nõ eſt donatio cã mortis:quia dictũ eſt tantũ-
modo dono,talẽ rẽ tali retẽto mihi vſufructu:iſta eſt do
natio p̃fecta:& ſi poſtmodũ apponat̃ dictio mortis,q̃a
eſt in executiuis & importantibus dilationẽ:& eſt facta
mẽtio p modum dilatiõis : tũc nõ intelligimus donatũ
cã mortis,ſed interviuos:ex quo remaneo in illa prima
mea opiniõe.ſi caſus indigeat altiori indagine,latius in
ſiſtam:ſed nõ aliud nũc dico:ſed tm̃ me remitto ad Ale.
in cõſi.ſuo.lxxviij.in.iiij.vol.hic ante alle.ad quẽ recur-
rendũ eſt:cũ plene dicat niſi fuiſſent hec ỽba:vr̃ ꝙ ſi fi-
lius acceptaſſet relictũ eidẽ factum,non potuiſſet ãplius
querelare de legitima.ita Bar.in.l.poſt legatũ.iuncta gl.
ibi.ff.de his quib.vt indig.licet Ang.& Bal. videant̃ te-
nere contrarium in.l.papinianus.§.ſi cõditio.ff. de inof.
8 teſta.¶Aduerte tñ ad vnum:†ꝙ nunq̃ dicitur donatio
cauſa mortis,etiam licet fiat mentio mortis: & dicatur
ꝙ dat cauſa mortis:ſi dicatur ꝙ donat irreuocabiliter.l.
vbi ita donatur.ff.de dona.cauſa mortis.

Nota.

VIde quatuor ſingulares limitatiões ad.d.l.vbi do-
natur quas ponit Gui.bñdicti in ſua repe.c. Ray.
in ỽbo,teſtm̃.iiij.de teſta.& in.d.gl.vide materiã dona-
tiõis cã mortis & in fine:ꝙ trib⁹ modis ipſo iure reuoca
tur, q̃ oĩa nota. ¶Primo ſcilicet ſi donator ſupuixerit:
aut de periculo in quo erat euaſerit.l.iij.& ibi Bar .ff. de
dona.cã mortis.Scd'o cũ donatorẽ penituerit.l. nõ oẽs.
& ibi Bar.& doc.ff.ſi cer.pet.ꝙ intellige ẽt dũmõ dece-
dẽdo reliquerit heredẽ; qm̃ ſi ſine hærede moriat̃, nihil
opat̃ penitẽtia.Ang.Alex.& alij in.l.ij.ff.de lega.Tertio
ſi donatarius ante donatorẽ deceſſerit.§.j.inſti. de dona
tio.vide Benedicti in loco hic ante alle.*

9 ADuerte tñ†ꝙ ſi duo ſecerint donationẽ adinuicẽ
bonorũ ſuorũ videlicet p̃morięs ſupſtiti:ꝙ dr̃ do-
natio cã mortis vt dicit Io.fab.ĩ.l.j.C.de inoſ.do. & iõ ſi
fiat inter illos q ſuccedere debẽt adinuicẽ eſt periculoſa.
Cõtrariũ tenet Sali.in.l.fi.in.iij.col.ỽſi.iuxta hec quæro.
C.de pac.& etiam Gui.bñdicti in ſua repe.c.Ray.in ỽbo
teſtamentum.iiij.nu.23.de teſtamentis.

ADDITIO. Aduerte tñ ꝙ vt vr̃ tenere Ale.in
cõſi.ſuo.lxxxiij.in.vj.col.ver. ve-
nio ad ſcd'm principalem articulum,in.ij.vol. videt̃ te-
nere ꝙ talis donatio non ſit donatio cã mortis, ſed po-
tius ſapit vim cõtractus:immo etiã videtur tenere ꝙ ſi
ſit oĩm bonorum p̃ſentiũ et futurorũ ꝙ valet.vide dicta
p eũ ibi.Et vide Thomã ferratiũ in ſuis cautelis,cautela.
xxx.vbi ponit cautelam ad illaqueandum donatorem
cã mortis,ne poſſit reuocare donationem.*

SEd adhuc his dieb⁹ mihi euenit caſus de quodam,q̃
donauit duas partes & plus de bonis ſuis vni ex
ſuis hæredibus per donationẽ inter viuos:in qua quidẽ
donatiõe appoſuit hec ỽba:ꝙ nolebat ꝙ teneret̃ p̃dicta
bona donata conferre cũ alijs heredibus:& illa die met
qua fecit dictã donationẽ fecit teſtamẽtũ:in quo iſtituit
donatariũ cũ alijs heredib⁹ approbãdo,ratificãdo,et cõ
firmãdo dictã donationẽ iã p eũ illa die factã: dubitatũ
fuit de plurib⁹.Primo an dicta donatio poſſit dici cauſa
mortis:ex q̃ in ea ꝓhibet̃ collatio cũ alijs hęredib⁹, de-
ductis bonis donatis.cogita ex his q̃ dicit Alex.ĩ cõſilijs
hic añ alleg.dicã.ĩ.in hoc.§.ĩ fi.ibi:ſed ĩ ſequẽdo. Et ad-
uerte,q̃a p̃ſumit̃ eſſe facta cã mortis cũ incõtinẽti eo die
& loco fecerit ſuũ teſtamẽtũ:in q̃ fecit mẽtionẽ de dicta
donatiõe.argu.eorũ q̃ dicit do.Frãci.de curte ſenior in
cõſi.ſuo.liiij.incipi.ſup duob⁹ publicis.in.ij.col.vbi di
cit,ꝙ ꝓmiſſio de retrouẽdẽdo ĩcõtinẽti facit p̃ſumi ita
fuiſſe p pri⁹ cõuẽtũ.all̃.Bal.ĩ.l.ij. C.de ędili.edi.& in.l.p
10 diuerſa.C.mãdati.†& dicit̃ incõtinenti, qñ eadẽ die &
loco,& corã eiſdẽ teſtib⁹:vt ibi.¶Imò dicit̃ vnũ & idẽ
inſtrumẽtũ:vt dicit Bal.in.l.Sẽproni⁹.ff.de lega.ij.& dr̃
ineſſe cõtractui pricipali,ſcd'm Bal.in.l.petẽs. in vltima
charta.C.de pactis.& in.l.penul. §.mulier.ff.ſolu.matri
mo.Alex.ĩ cõſi.xxv.inci.viſo ĩſtrumẽto.in.iiij.col.in.ij.
volumi.* ¶Secũdò an tãq̃ inofficioſa potuerit reuo
cari.cogita ex his q̃ dixi ĩ.§.p̃cedẽti.ĩ fine. ¶Adde ꝙ ex
q̃ eſt facta p exiſtẽtẽ ĩ lecto,& ĩ infirmitate de q̃ morit̃,
p̃ſumit̃ frauduletã.& facta ĩ fraudẽ hęredũ, ita ꝙ debet
reuocari.ita tenet Albe. de Roſa.i.l.oẽs.§. Luci⁹. ff.q̃ in
frau.credi.facit qđ dicit Anto.de but.ĩ.c.ij.de cõſue.vbi
11 dicit†ꝙ act⁹ geſt⁹ ĩ infirmitate p̃ſumit̃ geſt⁹ cã vltimæ
volũtatis cõdẽdæ,vel cã mortis.c.j.&.c.de his de ſepul.
12 EX quo infert̃,†ꝙ donatio facta ab ĩfirmo : eſt do-
natio cã mortis.& licet iſtud dictũ Anto. de but.
videat̃ rep̃hẽdere Alex.in.l.q̃ dotis.ĩ.iij. &.iiij.col.ff.ſo-
lu.ma.poſt Io.de imo.tñ And.Sicul⁹ in.c.ij.de cõſue.in
iiij.col.dicit dictũ Ant.eſſe verũ in illo q credit ſe mori-
turũ ex illa ĩfirmitate,p dictũ Bal.in.l.ij.C.de iu.dotiũ.
qđ p̃ſumit̃ qñ facit mẽtionẽ mortis:vtputa,q̃a exone-
rat donatariũ ad facta funeralia : aut ꝓhibet collationẽ
eorũ q̃ donat:aut alio mõ facit mẽtionẽ de morte.dixi
plenè in q̃dã cõſi.qđ feci in mr̃ia ſucceſſionis Cypriani
de Rabutin:in.vij.dubio.& intellige p̃dicta eſſe vera ẽt
ſi donet,

Caſus fi ctī.

Incõti ti fieri qd dic

Dona tio a firm cã d mor

si donet,ita vt statim fiat accipiētis cui cōuictus immi- nēte periculo donare videat̄.arg.l.ij.ff.de dona.cā mor- tis.Et istā reprehēsionē Ale.ponit Gui.bn̄dicti in sua re pe.c.Ray.in verbo,testamentum.iiij.nu.22.23.de te sta.

Tertio an teneat̄ cōferre nō obstāte dicta ꝓhibitiōe dic ꝙ non ꝑ tex.expssum in aut.ex testō.C.de col- la.Quarto an ꝑ cōfirmationē postea factā in vltima vo lūtate,dicat̄ vltima volūtas:& an capiat vim & effectū ab ipsa hora donatiōis,& ab hora cōfirmatiōis & ap- probatiōis.& qd opet̄ ista cōfirmatio q̄tū ad cōfirma- tionē vr̄ ꝙ nihil operat̄:ꝑ tex.in.l.si donate.§.si sponsus alienū.ff.de dona.inter vir.& vxo.& cogita ex no.ꝑ do. meum Ias.post Bar.& alios in.l.more.in.v.col.cum seq. ff.de iuris.om.iudi.ex quibus possunt decidi prædicta.

Aduerte tn̄ ad id ꝙ dicit Pet.de anc. in consil.suo xxviij.in.ij.col.inci.rōnes inducte vbi dicit,ꝙ in duabus dispositionibus successionis, dispositio sumet effectum & essentiam ab illa quæ se refert ad aliam:non ab illa ad quem fit relatio.

☞ADDITIO. Videt̄ tn̄ ꝙ tex.in.l.si donatio.C. de dona.facit ī cōtrariū vbi dicit ꝙ si donatio īterviuos ꝑ testm̄ cōfirmet̄ habetvim vlti- mevolūtatis,ex q̄ format effectū ab illa cōfirmatiōe:ma xime qn̄ nō apparet scriptura donatiōis:sed ī hoccogita ꝙ si cōstaret de scriptura staret̄ illi scripture donatiōis.*

12 SEd ponet † qd' p̃r & mater dotãdo filiã reseruauerũt ei qd' succedet cũ alijs, reportãdo dotẽ, à patre et m̃re datam: an patre tm̃ moriente, aut matre tm̃ possit venire filia ad successionẽ illius defuncti an debeat expectare qd' ambo morianẽ ad hoc vt possit venire ad successionem reportando vt dictum est. Quæstio

ADuertendum est, qd' est cõsiderandũ q̃ñ fit hæc reseruatio q̃a aut d̃r, qd' post mortem p̃ris & matris veniet filia ad successionẽ eorum: & tũc q̃a est copula, & ad ei⁹ veritatẽ requirit̃ cõcursus oĩm copulatorũ. §. penul. insti. de hære. insti. & tũc requirit̃ qd' p̃r & m̃r sint mortui: ad hoc vt filia possit venire ad successionẽ eorũ reportãdo: aut v̄o loquit̃ p̄ v̄ba alternatiua, sic dicẽdo. Filia veniet ad successionẽ post mortẽ patris aut matris: & tũc hoc casu si vnus illorũ morieẽ, veniet filia
13 ad successionẽ: eo q̃a † ad veritatẽ disiunctiue aut alternatiue sufficit alteram partem esse veram iuribus. s̃. allegatis, cum ibi notatis per doctores.

AVt vero alio mõ fuit facta dicta reseruatio: puta filia talis dotata veniet ad successionẽ nostrã reportãdo post mortẽ cuiuslibet nostrũ: & tunc q̃a est v̄bũ qd' licet attribuat cuiuslibet insolidũ: vt no. Bart. in l. hoc articulo. ff. de hære. insti. non sufficit qd' vnus illorũ sit mortuus, sed requirit̃ cõcursus oĩm distributorũ: eo q̃a dictio (q̃lz) est distributiua simplex, & natura istorum est vt req̃rat̃ cõcursus oĩm ad quos refert̃, al's esset falsa oratio. l. nõ distinguemus. §. cũ plures. ff. de arbi. l. si creditores. C. de pac. & l. si plurib⁹. ff. de leg. ij. Si tñ diceret̃ in cõtractu p̄ patrẽ & matrẽ: si q̃s ex nobis moriatur volum⁹ qd' filia n̄ra dotata veniat ad successionẽ reportãdo: tũc post mortẽ vnius veniet filia ad successionem
14 illius: † q̃a dictio si q̃s, est dictio distributiua, nõ requirẽs cõcursum oĩm distributiuorũ, sed v̄ificat̃ in vno. vt probat̃ in. l. si necessarias. §. si annua. in fi. ff. de pig. act. Ita dicit Bar. ĩ. d. l. hoc arti. ex cui⁹ dictis possunt similes q̃ões decidi. Si quis dictio.

15 decidi.¶†Sed q̃ro q̄d ecõtra si pr̃ reseruauerit filiæ qđ
Quæstio
succedat sed eã simpl̃r dotauerit,taliter ꝙ sit exclusa ꝑ cõ
suetudinem nr̃am:an poterit postmodũ pr̃ eã reuocare
seu reappellare ad successionẽ suã.Ale.in cõsi.suo.xxix.
inci.Preclare subtiliter.in.iij.vol.vr̃ innuere ꝙ sic.¶Cre-
do ꝙ posset eã instituere hæredẽ in duabꝰ partibꝰ totius.
hæreditatis.Cũ etiã posset instituere extraneũ:vt.s̃.hoc
eo.arti.iiij.nec tunc est deveris heredibus,cũ sit exclusa,
sed ꝓ extranea:& iõ põt illã instituere de ꝑ se in aliqua
parte:sed ꝙ simpl̃r possit eã reappellare dicẽdo,volo ꝙ
nõ obstãte tali cõsuetudine veniat ad successionẽ meam
cũ filio qđ nõ possit:q̄a ius est acq̄situ filio ꝑ cõsuetudi
nẽ:cui inferior nõ põt derogare:vt dicit do.meus Ias.in
l.nemo potest.ff.de leg.primo.& dixi in pluribus locis.

ADuerte,q̄a stante statuto seu cõsuetudine simpl̃r
disponẽte ꝙ filia dotata existẽte masculo nõ suc-
cedat,ꝙ pr̃ in preiudiciũ filij nõ poterit dotando filiã ei
dẽ reseruare ius succedendi,cũ al̃s sit hoc ꝓhibitũ:vt te-
net.G.Bñdicti in sua repe.c.Rah.in ꝟbo,duas habẽs fi-
lias.nu.219.de testa.Si sit dictũ in statuto aut cõsuetudi-
ne ꝙ nõ possit illã instituere,q̄a nec etiã succedẽdi ius ꝑ
pactũ reseruære:& iõ notãter hic fuerũt apposita p̃dicta
ꝟba.(sil ne luy est exp̃ssemẽt reserue.)¶Vide in hoc Boe
riũ in cõsue.Bituricẽ.ti.de test.§.vj.in.x.col.gl.magne.
Adde ꝙ si hoc casu instituat̃ hæres in aliqua parte,qđ
nõ tenebit̃ cõferre cũ fratre dotẽ,& alia sibi donata,vt
tenet ĩ terminis do.meus Iason,in.l.si emãcipati.in.vij.
col.C.de colla.eo q̄a licet sit de descẽdẽ.& ĩ primo gra
du,tñ ẽ tãq̃ extranea,cũ sit ꝑ cõsuetudinẽ exclusa.¶Ad
Effectus reappellationis ad successionem.
uerte tñ,q̄a ẽt eidẽ relinquere ꝓhibet̃ titulo hæreditario:
& ideo non valeret institutio:sed alio modo posset ei
relinquere,eidem donando sine titulo institutionis cũ
16 hoc dictet consuetudo.¶†Et de effectu hmõi reappelli
seu reuocatiõis,qũo fieri possit,& in quo casu.vide Iaco
binũ de sctõ geor,ĩ.l.fi.in vlt.col.C.de pac.& ꝑ Georgiũ
natã ĩ repe.c.q̃uis pactũ.iiij.col.ver.limita hãc decre.de
pac.in.vj.& cõsului plene in casu emergẽti in cõsi.incip.
(noble seigneur Helie de polignac.)In quo ĩdistinctè te-
nui ꝙ ĩ casu ĩ quo filia aut soror est solũ exclusa ꝑ pactũ
& nõ ꝑ statutũ ẽt ad cõmodũ cõtrahẽtis et aliorũ,ꝙ cõ-
trahẽs põt illi pacto renũtiare & illã reappellare sine cõ-
sensu aliorũ,ĩ fauorẽ quorũ ẽt cõtrahẽs stipulatꝰ fuerat.

☞ADDITIO.Consiliũ de quo hic ãte est facta
mẽtio est nume.28.& ad hoc vi-
de etiã Alex.in consi.cciiij.in.vij.vol.& decisio Tholo.
ccccliij.& ita fuit dictum ꝑ arrestum curie parlamẽtalis
Parisiẽ.anno dñi.M.cccccxxxj.in mense Martio.*

ADuerte etiam ꝙ frater cui est acquisitum ius in
præiudicium creditorum potest reuocare soro-
rem dotatam.Bal.in.l.maximum vitium.in.iiij.col.ibi,
sed pone ꝙ frater.C.de libe.præte.vel exhære.

In textu ibi,

Et nentend lon point priuer la femme de
succession collaterale.

NAm etiã si istud cõsuetudo nr̃a nõ disponeret,ad-
huc ꝑ renũtiationẽ factã cũ dispositiõe statuti seu
nr̃æ cõsuetudinis nõ diceret̃ renũtiare nec esse exclusa à
successiõe collateraliũ & sic fratrũ suorũ.ꝑ ea q̃ dicit do.
meꝰ Ias.in.l.eiꝰ q.§.qđ si stipulatꝰ.in.v.col.ff.si certũ pe
ta.vbi plura ad hoc allegat:& allegat Ale.Frã.de are.&

1 Lud.ro.q̄ ita cõsuluerũt.†Et iõ dicit,si vis facere qđ filia
nõ succedat fratribꝰ,fac ꝙ renũtiet successiõi faterne cũ
iuramẽto.idẽ tenet idẽ do.meꝰ in.l.q̄m nouella.in.ij.col.
C.de inof.testa.idẽ tenet in.§.actionũ.insti.de actio.vbi
Hæreditas adita non plus dicit hæreditas.
idẽ etiã tenet idẽ do.meꝰ in.l.j.§.veteres.iij.col.ff.de acq.
2 pos.per glo.ibi quæ dicit † ꝙ hæreditas postq̃ est adita
nõ dicit̃ amplius hæreditas,nisi large,& impropriæ:eo
quia vnit̃ cum patrimonio hęredis,et totũ sit vnitum
patrimoniũ hæredis.l.sed & si plures.§.filio.ff.de vulga
ri et pupil.l.j.§.p̃terea.ff.de separa.facit tex.ĩ.l.Titij testõ.
ff.de his q̄bꝰ vt indi.melior tex.de iure insti.de hæredũ
qualita.& diffe.in prin.& insti.de q̄bꝰ licet manumitte
re vel nõ.§.j.cũ alijs alle.ꝑ doc.in dictis locis.¶Ex quibꝰ
3 iuribus cõsuluerunt doctores,†ꝙ filia exclusa à succes-
siõe patris,nõ tñ excludit̃ à successione fratris,etiã si fra
ter nõ habeat in suo pr̃imonio nisi bona paterna.ita cõ
suluit Roma.in cõsi.suo.clxviij.in primo dubio.vbi lo-
quit̃ in renũtiatiõe facta.idẽ cõsuluit Frã.de aretio in cõ
4 si.suo.clxj.in.ij.col.vbi dicit†ꝙ etiã si frater nondũ suc-
cesserit patri,sed trãsmiserit ius adeũdæ ad hæredes:so-
ror quæ est exclusa ab hæreditate paterna,poterit succe-
dendo fratri ex iure trãsmisso adire hæreditatẽ paternã.
Et idẽ etiã tangit in cõsilio immediatè sequẽti,in.v.col:
vbi loquit̃ de renũtiatiõe:de q̄bꝰ cõsilijs facit mentionẽ
ipse Areti.in.d.l.j.§.veteres.vbi dicit se al̃s cõsuluisse:&
istud etiã tenet idẽ do.meus Ias.in.l.venia.in fi.ij.col.cũ
seq.C.de in ius voc.vbi alle.Bal.in.c.j.§.cũ esset.in titulo
ep̃m vel abbatẽ.& vide cõcordã.ꝑ Ale.in cõsi.suo.xxix.
in.iij.col.in.j.vol.vbi dicit hoc esse verũ,nisi statutũ di-
ceret,ꝙ ẽt filia dotata nõ succedat patri,matri et fratribꝰ
q̄a tũc hoc casu ĩdistincte excluderet̃,ẽt si ab illis nõ esset
dotata:vt dicit Bal.in.d.l.j.C.de legi.hære.allegans tria
cõsilia Pau.de cast.idẽ tenet Lud.Ro.ĩ cõs.suo.ccclxxxv.
in.j.dubio.Et ad p̃dicta vide Gui.pape decisio.ccxxxj.

☞ADDITIO.Vide q̄d in hoc dicat Mat.de af-
fli.in consti.regni Siciliæ quæ in
cipit,in aliq̄bꝰ.in.ix.q̄õne.iiij.nota.in.iij.lib.*¶Aduer-
te ad hic ante dicta,q̄a est q̄õ de pacto de futura succes-
De renũtiatione successioni fraternæ.
sione facto ꝑ filiã cũ patre mediante dote sibi cõstituta.
5 †An valeat hæc renuntiario etiã si filia mediante prædi-
cta dote constituta renũtiauerit successioni faterne,&
vident̃ tenere quidã ꝙ nõ:& qđ decreta seu.c.q̃uis pa-
ctũ.de pac.ĩ.vj.nõ habeat locũ ĩ alio casu q̃ in filia renũ
tiante patri in fauorẽ sui pr̃is,& suorũ filiorũ:sed ꝙ nõ
extẽdit̃ ad successionẽ fratrũ,ĩmo etiã si fuerit factũ pa-
ctũ fratri:ꝙ vident̃ tenere aliq̄:sed ꝟitas est in cõtrariũ:
vt tenet ꝑ plura Georgius natã in repe.c.q̃uis pactũ.in
xj.&.xij.col.de pac.in.vj.¶Vide etiã decisio.Tholo.cccc-
lvij.&.cccclviij.vbi quæritur de predictis quæstiõibus.

SEd q̃ro,an ista superius dicta ꝓcedãt,q̄n bona de q̄
bus agit̃,& q̃ de patre ꝑuenissent ad fratrẽ,fuissent
subiecta restitutiõi fideicõmissarie:q̄a ista filia esset sub-
stituta ꝑ fideicõmissum à patre,nõ vr̃ dubitandũ:quin
tũc ipsa soror excluderet̃,si venit ex substitutiõe fideicõ
missaria:cũ ꝑ illã succederet̃ patri.l.coheredi.§.cũ filiæ.
ff.de vul.& pupil.bñ faciũt notata in.l.si is q.ff.de vul.et
pupil.& not.ꝑ Moder.in.l.j.C.de pac.in gl.magna.ĩ.iij.
opi.Et hæc dicit & tenet do.Claudius de seysello dictus
de aquis.post do.meũ Ias.Are.& Alex.in.d.§.veteres.

In textu ibi,

Collaterale.

Collateral. ADuerte quia ỿbū (collaterale) comprehēdit maſculos & fœminas.not.ī de.j.de ele.ſcd'm Pet.de anc. in conſi.ſuo.cxij.incip.ſuperſtite.in.ij.col.

ITem q̄ro an valeat pactū factū inter fratres diuidētes hæreditatem, ꝙ vno ex eis ſuperſtite, vel extātibus filijs maſculis ex eis, fœmine non ſuccedant: Vide Barto. in conſi.lxxij.& nihil aliud nūc dico: cum video proceſſum in breui ſuper hoc caſu moturum.

In textu ibi,

Ne aultre donation que ſes pere & mere luy uouldront faire.

IStud idem diſponitur per conſuetudinem Aluerniæ: quia ſi fuerit pactum cum filia ꝙ non ſuccedet, poterit tamen pater ei donare.

In textu ibi,

Sans tiltre de hoyrie.

1 QVæro, nūq̄d ꝑ hęc ỿba (par tiltre de hoyrie) ſit ſublata donatio cā mortis: Nam videmus hic† ꝙ p̄r in ſuo teſtō nō pōt ꝑ viā inſtitutiōis relinquere filie dotatę, niſi ſit exp̄ſſe reſeruatū: ꝑ quoddam argumētū à cōtrario ſenſu, ſed bñ pōt donare: nūq̄d aūt poſſit donare cā mortis, vr̄ ꝙ nō. ꝑ regulā.l.j.§.j.ff.de tute.et

Regula. 2 rō.diſtrahēdis.q̄ habet† ꝙ q̄ nō pōt teſtari, nec pōt donare cā mortis: ſicut ergo filie dotale nō pōt relinq ꝑ teſtm̄ ita nec ꝑ donationē cā mortis: & ille tex.eſt ad hoc ſingularis ſcd'm Imo.i.l.ij.ff.de leg.j.& ſcd'm Bal.i.c.cū oēs. in.xvij.col.extrà de cōſtitu.¶ Cōfirmat̄ ꝑ tex.in.l.diſcretis.in ỿſi.neq; mortis cā donatiōe.C.q teſt.facer. poſſūt. ¶ Itē facit, q̄a vt hic apparet, ꝓhibet̄ relinquere filię dotatæ in vltima volūtate ſed donatio cā mortis eſt vltima volūtas.l.fi.C.de dona.cā mortis vbi tex.æquiparat ꝑ oīa donationē cā mortis, & vltimā volūtatē. ¶ Facit &

Legatū, fideicōmiſſum, & dona. cā mort. eqparantur. 3 tertio† q̄a legatū: & fideicōmiſſum, ſeu donatio cā mortis 4 æqparant̄.l.legatū.ff.de leg.j.† licet q non pōt teſtari, nō pōt legare, aut fideicōmittere.ff.de leg.j.ergo etiā nō debet poſſe donare cā mortis. ad hoc facit tex.in.d.l. diſcretis.C.q teſt.facere poſſunt.q hæc tria æquiparat.¶ Faciūt & quarto, q̄a in multis æqparant̄ vltima volūtas, et donatio cā mortis.primo videlicet, q̄a videm⁹ ꝙ q pōt capere ex teſtō, pōt etiā capere ex donatiōe cā mortis: & ecōtra.l.marcellus.in prin.ff.de dona cā mortis.vt ergo tm̄ operet̄ oppoſitū in oppoſito, q̄tū ꝓpoſitū in ꝓpoſito.l.ſi vt ꝓponis.C.de nup.q nō pōt capere ex teſtō, nec ex donatiōe cā mortis.& q non habet priuilegiū in teſtādo, nec etiā in donādo cā mortis: ex quo dicendū eſt, ꝙ ſicut filia dotata, cui nō eſt reſeruatū in cōtractu mr̄imonij, nō pōt capere q̄ ei relinquunt̄ ꝑ patrē in teſtō, ita nec i donatiōe cā mortis.et ſicut p̄r nō habet priuilegiū eidē filio in relinquēdo in teſtamēto, ita nec in donatione cā mortis.¶ Itē queadmodū in legato dñium trāſit in legatariū recta via.l.actio.in.fi.ff.de furtis.ita in donatiōe cā mortis.l.ij.in prin.ff.de publi.& queadmodū in vltimis voluntatib⁹ habet locū ius accreſcēdi.l.re cōiuncti.ff.de leg.iij.ita etiā in donatiōe cā mortis.tex.eſt in.l.vnica.§. fi.C.de cad.tollē.¶ Itē queadmodū reijcit̄ in vltimis volūtatib⁹ iuramētū q̄d turpe cōtinēs, ita in donatiōib⁹ cā mortis.l.q̄ ſub cōditiōe.§.hoc edictū.ff.de cōdi.iſtit.¶ Itē diſtinctio q̄ fit an ꝑ alienationē teſtatoris intelligat reuocatū legatū: an ſit alienatio volūtaria, vel neceſſaria.l. fideicōmiſſo.§.ſi rē.ff.de leg.iij.habet etiā locū ī donatiōe cā mortis.dictū fuit ſingulare Dy.i.l.Stichū q̄ me⁹ erit.ff. de leg.j.ꝙ dictū Bal.ibi reputat aureū.& ita ēt dicit do. Iaſ.in.l.q poſt.in.ij.col.C.de leg.& in.l.femine.in.vij.col. cū ſeq.C.q teſta.face.poſ.vbi ex p̄dictis arguit, ꝙ ſicut fili⁹ nō pōt teſtari etiam cū conſenſu patris, ita etiā nō poterit donare cā mortis.¶ Itē qd' plus eſt dicit Soci.in

5 conſi.ſuo.xix.in.iiij.col.† cui data eſt ptās ſimpliciter donandi, non pōt donare cā mortis: immo requirit̄ ꝙ de ipſa donatiōe cā mortis fiat mētio.l.filiusfa.& ibi Io.de imo.ff.de dona.multo ergo min⁹ q̄n eſt ꝓhibitū donare in teſtō: cū ſatis videatur excluſa donatio cā mortis.

MIhi tn̄ vr̄ in hoc caſu ꝙ ſi p̄r dederit filiæ dotate aliq̄d ꝑ donationē cā mortis, ꝙ filia poterit capere nō obſtāte hac nr̄a cōſuetudine, q̄a primo ſi bñ inſpicia mus ỿba nr̄æ cōſuetudinis, ꝓhibet̄ tantūmō relinquere

6 titulo inſtitutiōis:† cū ỿbū heres tantūmō referat̄ ad inſtitutionē: aut al's ad eū cui de iure defert̄ hæreditas ab inteſtato: q̄a hæreditas dari non poteſt in donatione cā mortis.l.licet.C.de pac.vbi gl.& do.meus Iaſ.& Bar. in l hæreditas.C.de pac.conuentis.& do.meus Iaſ. in.l.iij. quæ legitur per eum cum.l.j.C.de codicillis.

SI ergo filiæ det̄ aliq̄d de bonis patris in donatiōe cā mortis: non pōt dicere filia ſe habere aliq̄d de hæreditate p̄ris: q̄a ad hoc vt hæreditas aut aliq̄d de hæreditate det̄, reqrit̄ ꝙ ſit in teſtō & titulo iſtitutionis: nec pōt dari aliq̄d ꝙ ſit titulo hæreditatis: imo reqrit̄ ꝙ in teſtamēto det̄. Idē notāt Bal.& Ang.in.d.l.licet.& iō notat̄ ꝙ ſi q̄s dicat in inſtrumēto: dono tibi hæreditatē meā: ꝙ nō valet iſta donatio, prout tenet do. meus Iaſ. in.d.l. licet. in.iij.& .iiij.col.& in.l.fi.in vlti.col.C.de pac.maxime q̄n dat̄ hæreditas, aut aliq̄d de hæreditate tanq̄; ius ſuccedēdi: prout dicit ibi do.meus Iaſ.in.d.l.licet.in.iiij. col.

7 ET ad iura ſuprà allegata pōt reſpōderi.† Primo ad regulā.l j.§.j.ff.de tut.& rōdiſtra.vbi dr̄ ꝙ q̄ nō pōt teſtari, nō pōt donare cā mortis: ꝙ illa regula eſt ỿa q̄n q̄s ꝓhibet̄ teſtari ſeu relinquere ꝑ teſtamētū ex defectu naturæ: vt eſt in pupillo ꝓpter imbecillitatē intellectus: eodē mō in eo qui eſt ſurdus et mutus à natura.l.diſcretis.C.q teſt.face.poſ.ſecus in eo q prohibet̄ teſtari ꝓpter diſpoſitionē legalē: vt eſt in filiofamilias. Et i iſto patre in hoc caſu, q̄n vult relinquere filie dotate in ſuo teſtō. ita tenet & rñdet do.me⁹ i.d.l.ſeruū.in.viij.col.C.q teſta. face.poſ.& in.l.fi.in.iiij.col.C.eo.titu. Ex quo infert do.

8 meus Iaſ.in.d.l.ſeruū.† ꝙ filius in his in q̄b⁹ p̄r nō habet vſumfructū pōt donare cā mortis, etiā ſine conſenſu patris. Ex quo apparet ꝙ illa regula.l. primæ.in.§.j.§. alle. non eſt vera omnino, ſed ſolum in caſu antedicto.

AD alia fundamēta in q̄b⁹ dixi donationē cā mortis æqparari vltimæ volūtati, dic ꝙ iſta ē cōis ſnia: ꝙ donatio cā mortis poſtq̄; eſt ineſſe deducta cēſet̄ vltima volūtas: patet q̄a nō habet effectū niſi poſt mortē donātis: nimirū ſi tūc regulat̄ regulis vltimarū volūtatū: et

9 ita oīa ſupradicta ꝓcedūt & intelligēda ſunt.¶ † Sed donatio cā mortis ꝓut in eſſe deducit̄ æqparat̄ cōtractib⁹ patet, quia requirit̄ p̄ſentia donatarij, & ei⁹ ſtipulatio.l. inter mortis.ff.de dona.cā mortis.& tn̄ eſt ſecus in vltimis volūtatib⁹, q̄a poſſunt fieri abſenti & ignorāti.l. cū p̄r.§.ſurdo.ff.de leg.ij. Iſta eſt doctrina gl.in.l.ij.in prin. ff.de dote p̄lega.plenè ſcribit̄ in.l.ij.ff.de leg.j.¶ Item nō ſequit̄: donatio cā mortis habet vim vltime volūtatis, ergo eſt vltima volūtas: ꝓut dicit do.me⁹ Iaſ.in.d.l. licet in iiij.col.

Hæ verba

Donatio cā mortis æqparatur cōtractib⁹.

in.iiij.col.C.de pac.aliquid habetvim testamẽti,non se quitur ꝙ sit verè testamentũ:cũ aliud sit esse tale & haberi pro tali.l.mercis.cũ filiibus.ff.de ꝟb.sig. ¶Itẽ hic arguitᷣ à siﬁ:ꝙ qdẽ argumentũ est sub auditus intellectus put colligitᷣ ex verbis do.mei Ias.in.l.de qb⁹.in.iij.colũ. ff.de legi.

Argu.à simili.

10 Ex quo dicit,†ꝙ in cõsuetudine nõ est sumendũ argumẽtũ à siﬁ ad corrigendũ legẽ scriptã,& maxime qa statutũ debet ita interpretarivt lèdat minus ius cõe ꝙ̃ possit.l.ꝙ vero.ff.de legi.l.si vero.§.de viro.ff.sol. mat.l.ij.C.de noxa.Soci.cõsi.xxxj.in.j.col.in.j.vol.& iõ dicit do.me⁹ Ias.i.l.oẽs populi.in scd'a lectura.in penul. col.ff.de iusti.& iure.ꝙ correctio iuris cõis nõ debet induci p statutũ,nisi quatenus in eo expsse dicitᷣ.l.sancimus.C.de testa.l.pcipimus.in fi.C.de appel.ex quo scili cetvt dictũ est hic in hoc.§.in gl.in ꝟbo(ne retourne point à la succesiõ)in finalib⁹ꝟbis:etiã de iure põt pr̃ talẽ filiã instituere:ergo ex quo p cõsuetudinẽ seu statutum nõ corrigitᷣ in hoc ius,nõ debet extẽdi correctio p argumentũ à siﬁ:p ea q̃ hic antè dixi.De hoc tñ argumẽto à siﬁ:vide dñm meũ in.l.creditori.i.ij.col.ff.de noui ope. nun.& dicit do.me⁹ Ias.in.l.ij.in.iiij.col.ff.de iureiur.qd'

De extẽsione virtute equiparatio nis.

11 †ad hocvt possit fieri extẽsio virtute æqparatiõis, oportet ꝙ eqparatio sit i illa materia de qua agitᷣ, al's nõ valet argumẽtũ à siﬁ.allegat gl.in.c.j.in ꝟbo,declaramus. ne clerici vel mona.in.vj.& in.c.licet canoñ.in ꝟbo,parochialis.de ele.in.vj.Faciũt et alia allegata p eũ in dicto loco.¶Ad pdictũ argumentũ à siﬁ adde q̃ dicit Felinus in.c.trãslato.post Panor.ibi extra de consti.& Panor.in rubri.procemij decretalium in.c.qm̃ frequẽter.in.§.fi.in penul.col.extra vt lite nõ contesta.vbi dicit ꝙ valet argumentũ à simili dummõ similitudo sit in rõne:sed aduerte quia debet esse omnimoda in iure in rõne. Panor. in.c.cum dilectus.in.iij.col.extra vt lite non contesta.

Aduerte etiã:qa non esset sine magno dubio,an pr̃ p hæcꝟba possit in testamẽto legare filiæ,vel i codicillis relinquere:vel alio mõ:dummõ nõ sit tit.institu. quia videtᷣ ꝙ sic.per verba nostræ consuetudinis. ibi.(a tiltre de hoyrie)que sunt stricte interpraetanda & nõ extẽdenda per ea quę dicta sunt superius.nõ insisto aliter.

Pro cõplemẽto hui⁹ cõsuetudinis q̃ habet materias multũ notabiles quero nũqd effectus huius cõsuetudinis extẽdatᷣ ad bona sita extra ducatum Burgũdiæ in quib⁹ nõ habet locũ hæc cõsuetudo,necviget.Frã.de Zabarellis i ipẽ cõsuluit talẽ cõsuetudinẽ porrigere effectũ extra territoriũ.Ita cõsuluit i cõs.suo.xliij.posito sub rub.de test.ꝙ incipit,Satuto Ferrariẽsi cauetᷣ. In cõsilijs Ioã.calde.vbivult ꝙ si statutũ Ferrariẽse excludat filias feminas ab hęreditatevel successiõe pr̃is dotãtis:& cõtingat ꝙ totũ pr̃imoniũvel maior pars pr̃imonij ipsius defuncti sit extra territoriũ Ferrarie,ꝙ tale statutũ excludit eas ẽt à pr̃imonio existẽte extra territoriũ statuẽtiũ: si tales filiæ erãt subiecte statuẽtib⁹:qa statutũ priuãdo eas statuerit i psonã priuẽdã et subiectã statuẽti illo iure itel lectuali,scilicet hæreditate opatᷣ ꝙ ille filiæ aliqua bona cõsequi nõ possũt,nec extra nec itra territoriũ statuẽtiũ quia filiæ nulla bona capere possunt nisi vt hæredes:vñ si priuantᷣ potentia cõsequẽdivniuersale sub quo pticularia cõtinentᷣ,videntᷣ etiã priuate potẽtia cõsequẽdi oĩa particularia inclusa sub vno.l.si qs cũ totũ.in prin.§.fi. ff.de excep.rei iudi.& Bal.satis inclinat i hãc partẽ in repetitiõe magna.l.cũctos populos.in.xij.col.ꝟsic.quinto qritᷣ,statutũ: & istud maxime qñ filia est nupta in loco vbi viget psens cõsuetudo,qa tunc illi legi obedire debet:secus si non esset subiecta rõne originisvel incolatus putvoluit dicere Ale.in cõs.suo.xvj.in.ij.col.in.j. vol.q cũ hac vltima adiũctionevr̃ quodãmõ adhęrere huic decisioni.¶Ex quo ergo p cõsuetudinẽ nr̃am priuantᷣ filie successione.Quæ qdẽ cõsuetudo disponit in psonas: vr̃ dicendũ ꝙ hæc cõsuetudo extẽditᷣ ad bona sita & situata extra ducatũ Burgũdie.Ale.tñ in dicto consilio tenet cõtrariũ:& dicit,ꝙ magis cõis opinio,est in contrariũ. Ita etiã tenet in consi.suo.cxxviij.incip.consideratis verbis instrumenti.in.j.col.in.j.vol.q non facit ibi mẽtionẽ de decisione Fran.de Ramponibus:licet bñ faciat mentionẽ in consi.xvj.Quid dicendum? Soci. subtilitatum princeps hanc materiam plene examinauit,qui non facit mentionem de prædictis docto. & multum ample distinguit,ideo ad eum me remitto,donec casus euenirettita plene examinauit in consi.xxxvj.

ADDITIO. Vide etiam plene p Georgiũ natam in repe.c.q̃uis pactũ. in.ix. qõne quartæ quæstionis principalis.de pac.in.vj. *

Videtᷣ istud p hæcverba(sans tiltre de hoyrie)esse cõtra dispositionem,iuris,nisi intelligatur(Sans tiltre de hoyrie ex testõ:quia de iure si renũtiasset successioni & hęreditati patris,intelligitᷣ ab intestato,& nõ ex testõ,quia successioni ex testõ, etiã p iuramentũ renũtiari non põt:cũ hoc esset auferre testamẽti factionẽ homini sanæ mẽtis:ꝙ est contra naturalẽ eqtatẽ, & bonos mores.ex qb⁹ dicit Bal.in.l.fi.col.iij.C.de pac.qd' gñales renũtiationes mulierũ nõ referuntᷣ ad ea q̃ ipsis relinquũtur p testamentum:& ideo vr̃ ꝙ sicut non potest fieri p pactũ,ita nec per statutum,p gl.vulgarẽ in rub.C.de decretis decurionum.lib.x.de qua per Feli.in.c.j. de pbatio.in.ij.col.Sed aduerte quia talis regula non pcedit negatiue:vt dicit do.me⁹ Ias.in.l.prescriptione.col.iij.C. si contra ius vel vtilitatem publi.in aut.iubemus.in.j.col. deiudicijs.Alex.consi.suo.lxxix.in.j.vol.col.iij. Si non esset consuetudo etiã licet filia renuntiasset,tñ pater posset eã in testamento vocare,& illam instituere hæredẽ.

Succes. ex testõ renũtiari non põt.

ADDITIO. Et ita tenet etiam Mat.de afili.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, in aliquibus in.vj.quæstione.iij.not in.iij.lib.Et Decius in.l.pactum ꝙ dotali.in.iij.col.in.j.limitatione.ad.c. q̃uis pactum.C.de colla.*¶Vide Boerium in consuetu. Bituricẽn.§.vj.in.x.col.magnæ gio.

An hæc cõsue.extẽdatur ad bona extra Burgũ. sita.

Videtur tamen ꝙ tale statutũ in hoc non valeat: qa eo non obstante poterit pater filiã exclusam à statuto instituere hæredem:vt dicit.G.bñdicti in sua repe. c.Ray.in verbo,duas habens filias.nu.181.de testa. & decisio Tholosa.ccccl vj.vbi ample.

§.decimotertio.

SE aulcuns se ueulẽt porter pour heritiers par benefice dinuentaire ilz sont tenuz de limpetrer du prince.

Aduerte,quia in regno Franciæ qñ impetratᷣ istud priuilegium de se gerendo hæredem beneficio inuentarij consueuit in mandato regio apponi ista cl'a (Pourueu quil ny ait aultre qui se porte heritier simplemẽt.) ¶Sed quæro de duobus.primo si hæc clausula non apponatᷣ,an debea.

De clauſulis i reſcriptis apponi ſolitis.

haberi pro appoſita vel nõ appoſita. Scd'o ſi ſit appoſi
ta vel nõ appoſita, & habeat̃ pro appoſita: an extraneus
vel etiã conſanguineus virtute talis clauſulæ poſsit ex-
cludere priorem in gradu, ſi velit ſimpl'r ſe gerere hære
dem. ¶ Ad primũ dico q̃ cũ hec cl'a ſit de cõſuetudine
apponi ſoleat debet haberi ꝓ appoſita, etiã ſi ſit omiſſa.
Faciunt q̃ dicit tex. & ibi Ant. de but. ad hoc notat in. c.
accepimus. extra de æta. & quali. & in. c. cũ M. ferrarieñ.
1 de cõſtitutio. † q̃ clauſulæ ſolitæ apponi in bullis Apo
ſtolicis ſubintelligunt̃ in eis, q̃uis non ſint ſcriptæ. Ita
refert & ſequit̃ do. meus Iaſ. in. l. ij. in. viij. col. C. de iure
emphy. & in. l. certi condictio. §. ſi nũmos. in. ij. col. ff. ſi
cer. petat̃. Idẽ do. me⁹ i. l. vt liberis. i. ij. col. C. de colla. Ale.
in cõſi. xxvij. & i cõſ. cvij. i pe. col. i. ij. vol. Et dicit plus Pa
nor. in. c. ex parte. le. ij. in fi. extrà de offi. deleg. & in. c. ij.
2 in tertio not. extrà de reſcriptis. † q̃ reſcriptũ impetratũ
cõtra cõſuetudinem principis eſt falſum. recordor al's
audiuiſſe à quodã venerabili & diſcreto viro dño Ioã-
ne ſaulnier cõſiliario regio in parlamento Burgũdię, q̃
ita fuerat deciſum p arreſtũ plamẽti Burgũdiæ: & poſt-
modum poſt eius mortẽ vidi conſuetudines eiuſdẽ, in
q̃bus erat ſcriptũ in margine: nota q̃ in regno Franciæ
qñ impetrat̃ iſtud priuilegiũ de ſe gerẽdo hæredem p
beneficiũ inuentarij, cõſueuit in mãdato regio apponi
iſta clauſula (pourueu quil ny ait aultre q ſe porte heri-
tier ſimplement.) ¶ Quid ſi non apponat̃ iſta clauſula.
Ego vidi decidi per arreſtum parlamẽti Burgundiæ, q̃
3 iſta cl'a habet̃ pro appoſita: † nã clauſula in l'ris apponi
cõſueta ſemp intelligit̃ ad hoc. c. cãm. de reſcriptis. c. ij.
& c. cũ oporteat. de accuſa. Panor. i. c. accepimus. in. v.
4 not. de eta. & qualitate. † & ſi l're iudicis aliq̃d vltra aliq̃
cõſuetudinem cõtineant: p̃ſumunt̃ erroneæ, nec eis eſt
credẽdũ. l. p̃cepimus. C. de canon. largitio. titulorũ. lib.
x. & eſt lex ſil'is q̃ ita ſummat̃. iſta ſunt v̾ba q̃ reperi in
margine cõſue. dicti magiſtri Ioãnis ſaulnier: credo qd'
ſuperius dicta bñ feciſſent ad propoſitũ in hac materia.

Nihil debet eſſe otioſum in reſcriptis.

MIhi vr̃ q̃ ſi hæc clauſula p principem apponat̃, q̃
debet habere & operari effectũ, ne ſit fruſtrato-
ria: & v̾ba de aliquo opant̃. l. ſi qñ. ff. de leg. j. c. ſi papa.
de priuile. in. vj. notat do. meus Iaſ. in. l. ait prætor. la. j. in
5 prin. ff. de iureiu. vbi dicit † q̃ nedũ cl'a, immo nulla di-
ctio, nulla ſyllaba debet eſſe ſine effectu aliq̃d operandi.
gl. in. c. ſolitæ. in verbo, tanq̃. ad finẽ. extra de maiori. &
obed. immo adhuc iſtud nõ eſt ſine dubio: q̃a in hoc læ
ditur ius tertij, ſcilicet prioris in gradu: q deberet eſſe hæ
res cũ hoc bñficio à iure eidẽ cõceſſo: q q̃dẽ prior in gra
du excludit̃ à bñficio iuris: eidẽ cõceſſo virtute hui⁹ cl'æ,
p̃ter oẽm diſpoſitionẽ iuris q̃ de ea nullã facit mẽtionẽ:
& iõ poſſet ſuccedere illud ad q̃ allegat̃ gl. nota. in. l. fi.
§. in computatiõe. in gl. magna, ad fi. & ibi Bar. in fi. C.
de iure delibe. & ibi do. meus Iaſ. & in. l. cãs vel lites. in. ij.
col. C. de trãſac. & in aut. ſacramẽta puberũ. in. viij. col.
C. ſi aduerſus venditionem. ſcilicet quod potius debe-
6 mus intelligere † q̃ v̾ba ſtatuti vel reſcripti ſint ſupflua et
fruſtratoria q̃ tollat̃ ius alicuius: vt ergo ius prioris in
gradu nõ ſit leſum, q debet ſuccedere cũ bñficio inuẽta
rij ſi voluerit: q̃ q̃dẽ bñficiũ eſt ei à iure cõceſſum: nec ẽt
priuet̃ ſuo bñficio, & iure ſibi cõceſſo: potius debet illa
cl'a eſſe ſupflua & fruſtratoria, q̃ q̃ opet̃ effectũ. Cogit.

SInaũt dicta cl'a non fuerit appoſita, multo minus ex
prædictis debet illa clauſula ſubaudiri: ne p ſubau-
ditiones iura corrigant̃: q̃ fieri non debet, p glo. in. c. cu
pientes. §. q̃ ſi per viginti. de elec. in. vj. quam do. meus
Iaſ. allegat in. l. frater à fratre. in. xij. col. ff. de condi. inde-
bi. in aut. nouiſsima. in. xj. col. C. de inof. teſta. in. l. eman
cip. in penul. col. C. qui admitti. Barba. conſi. xij. in. j. col.
in. j. vol. Immo & adhuc fortius, quia ſi verba in reſcri-
ptis appoſita debeant potius eſſe ſuperflua, q̃ qd' ius
tertij ledat̃: multo fortius verba nõ debent ſubaudiri ad
lædendũ ius alicuius, cũ turpius eijcit̃ q̃ nõ admittitur
hoſpes, ꝑut dicit tex. in. c. queẽadmodũ. extra de iureiu.

AD ſcd'm dubium ſupra queſitũ, ſcilicet an virtute
huius clauſulæ extraneus aut remotior in gradu
poſſit excludere priorem in gradu, q vult ſe gerere hære
dẽ bñficio inuentarij à iure ſibi cõceſſo q̃tum ad extra-
neum aut remotiorẽ in gradu vr̃ q̃ hæc cl'a nihil debe
ret opari: q̃a dicit cl'a (Pourueu quil ny ait aultre) põdera
hanc dictionem (aultre) quæ eſt repetitiua ſimiliũ: prout
dicit gl. in. l. ſi fugitiui. & ibi Alex. in apoſtillis. C. de ſer- Aultre,
uis fugitius. Feli. plene i. c. ſedes. in vlti. col. extra de reſcri
ptis. do. meus Iaſ. in. l. q̃cunq̃. C. qui admit. ex quo ergo
eſt repetitiua ſimiliũ requirit̃ q̃ qui voluerit excludere
adeuntẽ hæreditatẽ beneficio inuentarij ſit in ſimili gra
du cũ eo: ex quo põt intelligi tm̃, q̃ ſi ſint plures in vno
gradu qui debeant eſſe hæredes: ſi aliqui voluerint impe
trare bñficium inuentarij, alij vero voluerint eſſe hære-
des ſimpliciter: iſti qui volunt eſſe hæredes ſimpl'r virtu
te dictæ clauſulę excludẽt alios, qui etiã de iure deberẽt
eſſe hæredes: & in hoc ſatis operatur iſta clauſula: cum
etiam ſufficit q̃ clauſula de aliquo modico operetur: vt
minus infringẽtur iura, q̃ fieri poſſit, prout dicit Panor.
in. c. ex queſtione. in tertia col. extra de reſti. ſpolia. & iõ
ex prædictis uidetur q̃ extraneus aut remotior in gra-
du non excluderet priorem virtute huius clauſulæ.

CRedo tñ qd' contrarium obſeruatur in toto regno
Francię: & iõ durum eſſet recedere ab hac commu
ni obſeruãtia: cum vt dicit Panor. in. c. cum ad ſedẽ. in
7 ix. col. extrà de reſti. ſpolia. † q̃ minime mutãda q̃ certã
interpretatonẽ ſemp habuerunt. l. minimè. ff. de legi. nec
facilè diſcedi debet ab eo q̃ diu ęquum viſum eſt, argu
mẽ. l. in rebus. ff. de conſtit. princi. & quia alias ſic pra-
cticatum extitit. notat Lapus allegatione ſua. lij. aqua
practica recedi nõ debet. l. cũ de interpretatiõe. ff. de legi
bus. & dicit Alex. in conſi. ſuo. xxviij. incip. Viſo libello.
in. iiij. col. q̃ non eſt recedendum à communi obſeruã-
tia. & do. meus Iaſ. in. l. rem quæ nobis. in primo notabi
li. ff. de acq. poſ. q̃ minimé mutanda ſunt q̃ in practica
certam legem habuerunt. interrogaui plures practicos
& aduocatos antiquos, an viderint iſtud practicare in
extraneo, dixerunt mihi q̃ non, ſed q̃ bene in cõſangui
neo remotiori in gradu: ꝓpterea ſi eueniret caſus in ex-
traneo, cogita q̃d eſſet dicendũ ex p̃dictis. ¶ Vidi poſt-
modum q̃dã & plura impetrata reſcripta à principe: q̃
tñ dicũt (Pourueu q̃ ſil ya aultre du lignage du defunct
q ſe vueille porter heritier) ex quo dicerẽ, qd' tm̃ conſan
guinei excludunt talẽ, & non extranei: & iſta eſt veritas.

In textu ibi,

Si aulcuns ſe ueullent porter pour heritiers.

QVia hic textus loquit̃ pluraliter de pluribus volẽ
tibus ſe gerere hæredes bñficio inuentarij, idem
erit dicendũ, ſi vnus tm̃ ſe velit gerere pro hæ-
rede

rede beneficio: quia pluralitas etiā verificari potest in vno, vt dicit Barto.in.l.ait prætor.§.negotia.ff.de neg. gest.licet videretur dicendū, q̄ pluralitas in vno verificari nō posset, p tex.in.l.j.ff.de optio.legata, de quo articu.suprà dixi in rub.(des iustices & droictz d'icelles) versi.cōtrariā partē in casu nr̄o. Et etiā pōderanda sunt hæc verba ad aliud, qđ ex quo statuētes seu hāc cōsuetudinē introducētes habuerūt in cōsideratione q̄ istud bñficium pōt plurib⁹ cōcedi, si à plurib⁹ impetret̃ pro vna & eadē successione, qm̄ oībus p sua pte & portione cōcedendū est scđm qđ videt̃ velle tex.in.l.scim⁹.in prin.versi.cū igit̃ ibi, siue ex asse, siue ex pte.C.de iure deliberandi.& sic qđ videt̃ surrogatū illud ius in locū aditionis simplicis hæreditatis ppter timorē onerositatis, & sic q̄ si sint plures hæredes vni⁹ defuncti, & vnus illorū hęredū bñficiū hmōi simpl̃r impetrauerit, nō faciēdo mētionē de aliȷ̃s cohęredibus, nō p hoc intelligit princeps iuri aliorū petere debētiū eorū partes & portiōes derogare, aut p̄iudiciū afferre, ita q̄ si velint postmodū simile bñficiū ipetrare, q̄ nō debeat eis concedi: qa princeps nō p̄sumit̃ rescriptū i p̄iudiciū et i iniuriā tertiȷ̃ cōcedere.l.ij.§.merito.ff.ne qd in loco public. Nec præsumit̃ velle qd cōcedere vltra id qđ ius cōe disponit.do.m.Ias.in.l.iustitia.ff.de iusti.& iure. Ex quo videtur q̄ vni cōcedēdo nō p̄iudicat cæteris, nisi inq̄tū constat aut cōstare pōt postmodū de eorū repudiatiōe & refutatione tacita, aut expressa.& ideo ad hoc vocant̃, videlicet ad videndū interinari seu integrari lr̄as principis cōtinētes bñficiū inuētariȷ̃, vel ad dicēdū cōtra, aut cōtradicendū hmōi interinationi seu integrationi. Et si nollēt cōsentire, certū est q̄ aut debēt, aut p̄nt simile bñficiū impetrare pro eorū parte & portione, qđ p̄nt, eo qa ius in hoc nō acquirit̃ fisco seu pricipi, nisi post declaratiōnē q̄ voluit impetrare bñficiū inuentariȷ̃, eò q̄ habēt hęreditatē suspectā: vt satis innuit do.m.Ias.in.d.l.scimus.in fine principȷ̃. Et qa ne alteri per alterū iniq conditio afferat̃: qđ fieri nō debet, scđm clausulā iuris, non debet.ff.de reg.iur. per declarationē ex plurib⁹ hæredibus, seu pximiorib⁹ ad succedēdū habilibus nō acquirit̃ principi seu fisco portio alteri⁹ non declarantis: qui anteq̄ priuentur eorū iure, necesse est vt eorū aīm non adeūdi declarent, & antè simile bñficiū est eis concessum per cōsuetudinē nostram, ideo illud impetrare p̄nt à principe, qui nō pōt plus vni q̄ alteri denegare. & si nolint impetrare, portio eorū tanq̄ non petentiū accrescit petenti. scđm etiā teñorem dictarū literarū regiarum quæ hoc importāt. vel etiam si velint esse hæredes simpl̃r. hoc declarando, portio oīm eis accrescit secundū tenorē clausulę positę in dictis literis: de qua in p̄cedenti glo. Nec in hoc videt̃ q̄ vnus possit esse hęres pro pte simpl̃r: & alius bñficio inuētariȷ̃: vt infrà dicā: sed redeūdo vñ digressi sumus, si nullus se gerat hæres, aut simile beneficiū inuentariȷ̃ impetrauerit, etiā si pro parte tantùm impetrauerit, aliȷ̃s repudiantibus, aut iacentibus, acquiritur totū per ius accrescēdi, vt tenet in terminis do. meus Ias.in.d.l.vnica.col.iiȷ̃.C.qñ non petētium partes &c. vbi dicit q̄ in hoc decretum iudicis interpositū super pte trahit̃ ad totū p ius accrescēdi, qđ scilicet pcedit etiā in iure fisco cōpetēte: vt tenet Alex.i l.j.ff.de reg.iur.& Lud.ro.in.l.j.ff.de acqr.hære.cōtra gl. in.l.ea sola.ff.de regu.iur. & Lud.ro.in.l.j.ff.de acquir. hæreditate. & in.d.l.vnica. Et ideo cùm vt dicit sit per ius accrescendi, intellige scilicet quādo habet locum ius accrescēdi, scilicet qñ nulli sunt qui partes eorū petāt, & quando succedūt eodē iure, & data paritate gradus. Et sic cum videat̃ q̄ succedens simpliciter & succedēs per rescriptum principis in forma beneficȷ̃ inuētariȷ̃ nō succedant eodē iure: eo quia succedēs simpliciter dicit̃ succedere ex legitima successione, & sic de iure ciuili, vt satis vident̃ innuere & declarare tex.& doc.in.d.l.vnica. Et succedēs beneficio inuētariȷ̃ videt̃ succedere de iure p̄torio: quia tale ius est annale.d.l.scimus etiā quia rescripa principū sunt annalia ex stylo Francię qui stylus ius prætorium est: vt dicit Bal.in.l.certū.col.iȷ̃.C.vñ legiti.& de iure canonico, c.plerunq̄.de rescriptis, & quę annalia sunt vident̃ esse iuris p̄toriȷ̃. Bar.in.l.v.in prin. ff.de verb.oblib.& in.l.j.in prin.ff.de bono.posses.& in l.fi.ff.de pœnis.& in.l.ij.§.fi.ff.p emptore. Et etiā quia hęres beneficio non fit in pari gradu, q̄ hæres simplex: quia per eū excludit̃ etiā ex dispositione literarū principis, & quia hęres simpliciter est proprius hęres, & ali⁹ impropri⁹: vt infrà dixi in tit.(des retraictz).§.j.in glo. (son heritage) si essent plures hęredes, quorū vterq̄ de per se impetrasset beneficiū inuentariȷ̃, si aliqui illorum vellēt vti quo ad se dicto beneficio, & quo ad partem aliquorum se dicere hęredes simplices, q̄ non possent: quia hoc casu cū sit in parte hęres simplex, videt̃ q̄ tenetur in totū simpliciter adire: scđm.l.primā & secundam.ff.de acqui.hęredita.&.l.quidā eulogio.C.de iure deliberan.& ne vna & eadem res diuerso iure censeat̃: quod esse nō debet.l.eum qui ædes.ff. de vsuca. quę ratio videtur esse Aretini in.d.l.j.ff.de acquirenda hæreditate. ad hoc q̄ vnus non potest adire pro parte, & pro parte nō. Et etiā facit, quia hęres in parte nullo dato sibi cohęrede ęqualiter succedente in paritate gradus, & per eundē modum est heres in totū.l.si quis priore.ff. ad treb.l.j.§.si ex fundo.ff.de hęred.instit. Et videt̃ tenere do.me⁹ Iason in.l.quoties.in scđa limitatione.C.de hæredib.instituē.& tam ex volūtate principis cum semel ius est quæsitum per declarationem se nollētis primo succedere simpliciter: sed cum beneficio inuētariȷ̃ declarat̃ imparitas grad⁹, cū pręferat hęredes simplices aliȷ̃s, ergo aliȷ̃ sunt posteriores, q̄ etiā ex eo q̄ hęres simplex est proprius hæres, & hæres beneficio inuentariȷ̃ improprius, & sic p fictionē: cui fictioni & īproprietati pręfertur veritas & pprietas: vt notat̃ per Barto.in.l. si is qui p emptore.ff.de vsuca.& facit.l.fi.ff.de pbat. Et ita dixi in contingentia facti debere fieri, licet quidā tenuerint contrariū: eò quia in hoc est fauor defuncti, scilicet q̄ ad min⁹ habet heredē simpl̃r in parte & etiā fauor creditorū: qa ad minus pro illa pte satisfactū erit in totū.arg.l.cū hęreditate p̄sens.ff.de acq.vel amit.hęredi. et etiā id qđ introductū est in fauorē istoꝝ hęredū bñficio inuētariȷ̃ trahatur in eoꝝ odiū, & ne etiam scilicet actus agentiū operētur vltra eorū voluntatē in hoc q̄ actus isti⁹ gerentis se pro hæreде simpliciter in pte operabitur in eius odiū in aliȷ̃s partib⁹: sed illa iura nō tollunt iura specialia in aditiōe hęreditatis simpliciter pro parte quæ trahitur ad totum iuribus supradictis. *

In textu ibi,

Par benefice d'inuentaire.

INuentarium† est descriptio omnium bonorum defuncti, facta corā iudice, citatis quorum interest: ex — Inuentarium qd.

forma tradita in.l.fi.quæ incipit,ſcimus.C.de iure deli-berandi. Et aduerte,quia in inuẽtario faciendo eſt ſum ptus plerunq; maximus,& qui hæreditatis portionẽ exhauriat.vnde dicit Bart.in.l.mediterraneæ.C.de an-
2 no.& tributis.lib.x.ꝙ nõ eſt faciendũ inuentarium, qñ plus ſumptus fieret,q̃ vtilitatis afferret.ita dicit Pyrrh⁹ in conſuetudine, Aurelianeñ.titu.de ſucceſsionibus.ca pite.xviij.vbi eſt conſuetudo,ꝙ hæres ſimpliciter præ-fertur hæredi cum inuentario.

Semel audiens an poſsit repudia re,et ecõ tra.

3 SED quæritur,†an qui ſemel adiuit poterit repudia re:vel ſi aliquis repudiauerit hæreditatem alicuius, an poſsit poſtmodũ illam agnoſcere:Io.Petrus de Fer-rarijs in forma libelli quo petitur hæreditas.in glo.pu-ræ inſtituit,dicit ꝙ non.l.ſuus.&.l.ſicut.C.de repud.hę
4 redi. Niſi fuerit filius†qui poſt repudiationem adhuc admittetur ad adeundum vſq; ad trienniũ,ſi res ſint in eodem ſtatu.l.fi.C.de repudi.hęredi.vel niſi hæres fue-rit minor.xxv.annis,quia beneficio reſtitutionis in in tegrum auditur,etiam ſi res non ſint in eodem ſtatu.d. l.fi.vel niſi alius cohæres repudiet partem ſuam,quo caſu ille qui prius hereditatem adiuerit poterit partem ſuam ac cohæredis eius repudiare.vt in.l.cum hæredi-tatem.& ſequen.ff.de acquiren.heredi.

☞ ADDITIO. Vide tamen Benedicti in repeti-tio.c.Raynu.in verbo, mortuo itaq; teſtatore,ſcd'o.numero.cxxvij.vſq; ad numerum cxl.de teſtamentis.vbi ponit caſus in quibus filius po-teſt reuocare abſtenſionẽ hæreditatis factam per eum.

HIc tractatur de inuentario, de quo in.l.ſcimus.§. ſinautẽ dubius eſt.C.de iure delibe.ibi ẽm tantũ-modo inuentariũ ab ipſo cõficiat.& de quo in.§.ſi ve-rò expſſum.in aut.de hęredi.& Falcid.colla.j.vbi plenè doctores,maximè Ang.in.d.§.q ponit ordinẽ qui de-bet obſeruari in cõfectione inuentarij.& de illi⁹ forma ponit Bar.in.d.l.ſcimus.§.cũ igitur dñs Abbas Panor. ponit requiſita in cõfectione inuentarij,in cõſi.ſuo.lxx-iiij.in.ij.col.incip.circa primũ dubium.in.ij.vol.et dñs meus ponit nouẽ requiſita in cõfectione inuẽtarij.Di-cunt tñ Bal.Pau.de caſt.& do.meus Iaſ.in.d.l.ſcimus.in princ.ꝙ tot ſolẽnitates nõ obſeruant:ſed ſufficit ꝙ fiat ſcd'm conſuetudinẽ notariorũ.& dixi amplè.ſ.tit.(des enfans de pluſieurs lictz).§.vj.in glo.(par inuentaire.)

Vtilita-tes inuẽ tarij.

ET aduertendum eſt ꝙ ſeptem vtilitates reſultant ex confectione inuentarij, quas ponit dominus meus in dicta.l.ſcimus.§.& ſi præfatam.in.j.&.ij.colũ. C.de iure deliberan.aliam vtilitatẽ ponit domin⁹ me⁹ Iaſon ex deciſione quæſtionis poſitæ per eum in dicta l.§.in cõputatione.in.iij.col.ibi, ſed in tertia parte glo. ¶Aduerte:quia iſtas ſeptẽ vtilitates poſuit Io.ſanxon in ſuis cõſuetu.Turoñ.tit.(des droictz de moyenne iu-ſtice)articu.vj.fol.xxxiiij.quas habuit à Iaſone,vt dicit.

Pricipa lis vtili-tas.

5 ITem & maximè,quia principalis vtilitas eſt eo:†qa non conficiens inuẽtarium tenetur creditoribus & legatarijs etiam vltra vires hæreditarias, vt ibi,per eũ, aduertendũ tamẽ ꝙ ſunt plures caſus in quibus hæres etiã non cõficiens inuentariũ nõ tenetur vltra vires hæ-reditarias.& ponit dominus meus Iaſon ſeptẽ in dicto §.& ſi præfatã.quos videre poteris per te,cum ſint cla-ræ poſiti.¶Adde ꝙ in eccleſia inſtituta idem eſt, quia non tenetur vltra vires hæreditarias:imo quod plus eſt iſtud videtur eſſe generale de iure canonico Felin.in.c. cum,M.Ferrarieñ.in.xviij.col.extrà de conſtitut.¶Ad-de alium,quando hæres dolo inductus adiuit hæredi-tatem,Bald.in.l.fi.ff.de dolo.

ADde alium,quãdo teſtator dicit ꝙ volebat om-nia ſolui de bonis ſuis:ita Bar.in.l.vnica.C.de his quæ pœne nomine in teſtamento relin.

ADde alium,ꝙ ſi relictũ ſit eccleſiæ eccleſia non po teſt petere vltra vires hæreditarias.Bar.in.l.j.C.de ſacroſanc.eccle.ratio quia eccleſia debet viuere ſecun-dum forum conſcientiæ.c.nouit de iudicijs.

ADde alium,in inſtituto grauato,vt oĩa bona di-ſtribuat inter pauperes.Io.and.in addi.ad ſpecu-lum.in titulo de inſtrumento.editione.§.inter aliqua. in additione quæ incipit,Iacobus de arena,

ADde aliũ in marito,& alijs q nõ poſſunt exigi ni ſi quaten⁹ facere poſſunt.iſtũ caſum ponit Vita-lis de Cãpanis in tractatu ſuo clauſularũ,in.xxiij.chara ta.in clauſula.nil nouari inuentarij confectione penden te.in.xiiij.col.illius clauſulæ:qui quidem multũ elegan ter & notabiliter poſuit materiam inuentariorum.

6 ADuertẽdũ†ꝙ in.xv.col.ibi dicit ꝙ multiplex eſt ſpecies inuentariorũ:eſt ẽm quodã inuentarium qd' fit de bonis cõfiſcatis.de quo in.l.ſi quis poſthac,et in.l.ſi quis intra.C.de bonis proſcrip.& in.l.fi.C.de bo nis vacãtibus.lib.x. ¶Itẽ aliud eſt inuentariũ,qd' fit ab epiſcopo in caſu.l.nulli.C.de epiſco.& cleri.Item aliud qd' fit per curatorẽ datũ ventri.de quo habeť de vẽtre in poſſeſ.io.mittendo.l.j.§.penul.& notať de cura.bo-nis dãdo.l.j.ff.item aliud qd' fit per curatorẽ datũ bo-nis.de quo in.d.§.pen.& in.l.j.ff.de cura.bonis dando. nunquid aũt curator dat⁹ liti teneať conficere inuenta rium:dic ꝙ nõ,de cõſuetudine.vt not.glo.in.l.de crea-tionibus.C.de epiſco.audien.& in.l.actor.& ibi Bar.ff. rem ratã haberi.& notať in deciſionibus capellæ Tho loſanæ.q.ccxlvij.¶Itẽ aliud eſt qd' fit à creditorib⁹ de bonis debitoris.de quo.ff.de bonis autori.iudic.poſsi-den.l.fi.circa medium.Item aliud quod fit per curato-rem adulti,vel tutorẽ pupilli.de quo in.l.tutor qui re-pertorium.ff.de adminiſtra.tuto. & in.l.tutores.C.eo. de adminiſtratio.tut.Et iſtud differt ab inuentario hæ-
7 redis.de quo in hoc.§.†quia contra inuentarium factũ per hæredem admittitur probatio in cõtrariũ.l.fi.§.licẽ tia.C.de iure deliberã.vbi eſt mirabilis modus per tex. gl.& doc.probãdi negatiuam.de quo etiam per domi num meũ in.§.itẽ ſi quis in fraudem.in.xvj.col.inſtitu. de actio.& per Alexã.in conſi.xxj.incipiente.viſo pro-
8 ceſſu.in.iij.col.in.j.vol.†ſed contra inuentariũ quod fit per curatorẽ adulti vel tutorem pupilli nõ admittitur probatio.in cõtrariũ notatur in.l.fi.C.arbi.tutelæ.Item differũt:quia in inuentario qd' fit per hæredẽ non inſe-runť tenores inſtrumentorũ,ſed ſolum deſignãtur:ſed in inuẽtario tutoris ſic.l.chirographis.ff.de adminiſtra tio.tuto.cum glo.de quo inuentario tutoris dixi ſuprà in titu.(Des enfans de pluſieurs lictz).§.(Entre bour-geois marchans)in glo.(Par inuentaire)& vide Vitalẽ in loco hic antè allegato.in.xvj.colum.

Inuenta riorum plures ſpecies

9 ET aduertendũ eſt,†ꝙ donec hæres intendit inuẽta rio nõ debet ingetari à qbuſcũq; creditorib⁹, ſiue cõueniať vt hæres, ſiue tanq̃ alius, prout dicit Cy.in.d. l.fi.§.donec.C.de iure delibe.licet aliq dicãt ꝙ habet pri uilegiũ illi⁹.§.donec.qñ cõueniť vt heres,& nõ aľs, per l.de eo.§.fi.ff.ad exhibendũ.Tu dic ꝙ ille.§.habet tñ lo cũ qñ conueniť vt hæres:& iſtã tenẽt oẽs.in.d.§.donec. Limita

He... teri... iuſt... cõſi... nõ ... quo... dua...

LImita ergo pdictum.§.donec.in tribus casibus,in quibus etiam conuenitur pendente cõfectione inuentarij.Primò fallit si non conuenitur vt hæres,sed vt simplex possessor: fortè reali iudicio:qd' intentari potest contra quemlibet possessorẽ,etiã non hæredem.ff. de re iudica.l.Nesennius.§.fundum.

SEcundò fallit,si vexatur pro legatis ad pias causas factis,quæ nõ requirunt dilationem:vt legata alimẽtorum pauperib⁹ relicta qui moriantᷣ interim fame. vt tenent Cy.Bal.& alij in dicto.§.donec.

TErtio fallit in restitutione malè ablatorũ:vel vsurarum,quibus,non restitutis anima testatoris affligeretur pœnis.Ita Cyn.& Bald.in dicto.§.donec.

QVartò fallit in his q sunt relicta p funere faciẽdo, quia ante confectionem inuentarij debẽt extrahi de hæreditate.Cy. & Bald.in.d.§. donec.

QVintò limita,si ipse alios inquietat vt hæres,quia illa dilatione pẽdente poterit conueniri vt hæres pubefactus ab eod.Argumen.optimũ.ff.de iudicijs.l.ij.§.legatis.& in aut.consequẽter.C.de sen.& interlocu.om.iudicũ.Ita tenet Vitalis in dicta clausula. in.j.col.vbi sublimitãdo hanc limitationẽ dicit hoc esse verũ,nisi alios cõueniret necessitate cõp. llsus: eò quia dilatio est periculũ allatura:vt quia debitores hæreditarij cũ pecunia fugiũt:† & hoc est,qa vbicũq; mora siue dilatio est piculũ allatura recedit a regulis iuris cõis,et remittitᷣ iuris dispositio etiã phibitiua:vt tenuit p multa do.me.Ias.i.l.de pupillo.§.si qs riuos.ff.de noui ope. nuntia.¶ Aduerte tñ ad dictum Bal.& do.mei Iasonis post Bal.in.l.debitor.C.de pac.q si creditor adeat hæreditatẽ debitoris cũ beneficio inuẽtarij põt citatis citã dis implorare officiũ iudicis,vt sibi assignet aliquã rẽ hæreditariã p suo credito,de q̃ possit libere disponere.

Demora periculum allatura. 10

SExto limita,nisi esset in cõmodato facto defuncto, scđm Paul.de ca.in.d.l.j.§.hæc stipulatio.xij.col.ff. si cui plus q̃ per legẽ Falci.& ita refert & sequitur decisio.capellæ Tholosanæ . questione.cclviij.

11 ET aduerte† q ista exceptio,q qui est infra tẽp⁹ cõficiendi inuentarium impedit litis cõtestationem, vt apparet ex tex.in.d.§.donec.cũ dicat q quãdo quis est infra tẽpus conficiendi inuentarij,non põt inquietari,quia per hoc impedit processum:vt dicit do.Vitalis in dicto loco.Et do.meus Ias.in.§.licẽtia.in.d.l.fi.vbi legit.§.donec.cũ.§.illo.ita etiam tenet Guido pape decisio.dlxxj.in.iij.col.ibi, vtrũ hæc exceptio.& decisio capelle Tholosanæ.q.cclviij.¶ Et limita etiã pdicta in supradictis casibus quos ponit Ang.in tractatu suo inuẽtarij,scilicet p restitutione malè ablatorum pro funere faciendo quando alios inquietat . Item si inquietetur actione reali quæ datur cõtra possessorẽ,hoc casu nõ dicatur inquietari vt hæres,cũ sequatur possessorem.l.nesennius.§.fundum.ff.de re iudicata.

PEr hoc aliàs dixi,q exceptio,scilicet q triẽnalis possessor sine lite nõ põt inquietari in petitorio & possessorio,per regulam pragmaticæ sanctionis.in titu.de pacificis possessorib⁹.in princi.impedit litis ingressum seu pcessum,pter illud verbũ iquietari,seu molestari.

QVæ autẽ sint exceptiones impediẽtes litis ingressum.Ponunt Bar.& Alexã.in apostil.in.l.ampli⁹. ff.rem ratã haberi.dominus me⁹ Iason in.l. ait prætor.la.ij.in.ij.col.ff.de iureiur.Ang.de Aretio in titu.de exceptio.§.appellantᷣ.in.xvij.col.ponit aliquas regulas ad cognoscendum quando exceptiones impediunt litis ingressum . Et illas vide per decisio. capellæ Tholosæ.q.lxvij.¶ Aduerte etiã quia talis exceptio potest opponi post sententiã in executione illi⁹ decisi. Tholosa.cccxxj.qđ' intellige verũ : vt ibi in additione.

Exceptiones impediẽtes litis ingressũ.

MOdum autẽ opponendi tales exceptiones ponit do.me⁹ Ias.multũ singulariter in.d.l.ait pᷣtor.in fi.ij.col.ff.de iureiu.Vide etiam Panor.in.c.olim.le.ij.in penul.col.extra.de resti.spolia. An exceptio inopiæ & paupertatis impediat litis ingressum.

ET ideo ex quo dicta exceptio q quis est infra tempus cõficiendi inuẽtariũ, impedit litis ingressum.

12 Et per hæc tota die practicaᷣ,† q executio instrumẽtorum non sit cõtra hæredes infra tẽpus cõficiendi inuẽtariũ.Tenet Bal.in.d.l.fi.§.& si præfatam.& dñs meus Iason.in.d.§.licẽtia.Vitalis in dicto loco.¶ Iuxta pdicta q̃ro:nũquid instrumẽta guarẽtizatoria.hoc est q̃ habẽt executionẽ paratã in hac patria ducatus Burgũdiæ virtute sigilli cancellariæ vel in curia ecclesiastica virtute monitionis factæ in instrumento per quandã clausulã solitam apponi per notarios curiæ ecclesiasticæ : q̃ est, monit⁹ fuit:possint mitti executioni ad requestã & instantiam hæredis creditoris,vel contra hæredẽ debitoris:ita & eo modo quo contra principalẽ debitorẽ vel quo ad instantiã principalis creditoris.¶ Videᷣ primò q sicut possunt mitti executioni cõtra principalẽ debitorẽ,ita etiã contra hæredẽ,per ea q̃ dicit Bar.in.l.postulante.ff.ad Trebel.† q si statutũ dicit q debitor possit

Quæstio.

13 capi & incarcerari:poterit etiam capi hæres debitoris, & incarcerari hæres pmissoris:quia statutum debet recipere interpretationem à iure cõmuni:per regulã.d.l.

14 postulante.quæ vult † q dispositio loquens de aliquo habet locum in eius hærede,argu.glo.in.l.si quis seruo. C.de fur.& dicit Pau.de castro in.d.l.postulante.quando statutũ loquitur de debitore descripto in instrumẽto,q fit extensio ad hæredem,qui eadem persona reputatur.Et ad prædictum tex.& doctrinam Barto.faciunt quæ dicit dominus meus Iason in.l.ij.§.item si in facto. in primo notabili.in fine secundæ colum.ff.de verbo. obli.& in.§.fuerat.in.xiij.col.institu.de actio.in.l.diuortio.§.interdũ.ff.sol.matri.Panor.in cõsilio suo.lxxxvj. in.ij.col.in.ij.volumine.Soci.consi.ccxciij.in.ij.col.

SI ergo hæres debitoris possit carcerari pro debito: multo fortius instrumentum guarentigiatum potest mitti executioni contra hæredes debitoris,& maximè:quia vt dicit Io.de Imol.in dicta.l.postulante.idem esse in promissore.

COntrarium tamen est verum in hoc casu nostro: quia per nostra instrumenta non potest quis excommunicari præcise:nec nostra instrumenta habeant executionem paratam:nisi ex pacto et consensu partiũ se obligantium , scilicet quando se submittunt iurisdictioni cancellariæ , vel quando consentiunt in eis fieri præceptum:quo casu non potest fieri executio contra hæredem,sicut cõtra debitorem,per ea quæ dicit dominus meus Iason in.l.si decesserit.in.iij.col.ff.qui satisda. cogan.vbi dicit aliud esse in statuto,aliud in pacto : & rationes diuersitatis ibi assignat.

15 ET dicit dominus meus Iason in.l.certi cõdictio.§. quoniam.in.v.col.ff.si cer.peta.† q instrumentum guarentigiatũ habet executionem paratam cõtra principalem debitorem,non contra tertium possessorem.

Infra guarentigiata.

ergo licet de iure laudemium sit quinquagesima pars
pretij, ꝑ tex. in. l. iij. C. de iure emphy. tamẽ q̃tum sit ho-
die in hac patria attẽdendæ sunt consuetudines & vsan-
tiæ locales, sećm quas soluendum est laudemium.
3 ¶ † Et debẽtur ista laudemia ab emptore: vt dicit glo. in
dicta. l. iij. & ibi Ias. colum. xj. versi. primo quæro. C. de
iure emphy. & vide Boerium in consuetudi. septenæ
Bituriceñ. in tit. de consue. feudi & cẽsus. §. iij. Et de ma-
teria huius glos. vide eundem Boerium in. d. tit. §. xviij.
☞ vbi allegat Io. fab. hic ꝑ me allegatũ. ¶ Stephanus Ber-
trandi in consi. suo. cccxxj. in. j. parte. & in consi. iij. in. ij.
parte. dicit ꝙ laudemia debẽtur ad cãm transportus seu
alienationis dominij vtilis ꝙ habet ẽphyteuta in re em-
phyteutecaria, & pro labore seu pœna quã assumit dñs
directus pro inuestitura emphyteutæ & missione in po
sessiõe eiusdem, cum omnis labor optat præmiũ: & iõ
cum dñs retineat dñium directum, vt dictum est, vr̃ ꝙ
censatarius habeat tantùm vtile dñium apud nos. ✱
¶ Et aduerte, qa ista cõsuetudo est satis cruda: & qa cõi-
ter in Burgũdia ista laudemia capiunẽ ex vẽditiõe. intel
lige istud habere locũ ex vera vẽditione, & nõ ex nulla:
vt dicit idem Boerius in loco hic antè allegato. §. xviij.
☞ ¶ Cui adde Io. fab. in. l. ij. C. qñ liceat ab emptione disce
dere. qui facit differẽtiam an cõtractus resoluatur ex cã
de preterito, an ex cã de presenti, vel futuro. Et etiã adde
id ꝙ dicit Bertrãdi in consil. suo. xlv. in prima parte. vbi
dicit qđ laudemium habitum ex prima vẽditione ad-
ueniente casu resolutionis cõtractus non debet ꝑ dñm
retineri, sed debet restitui ex secunda. ✱

ET aduerte ad id qđ dicit Barto. in. l. si vir vxori. §.
cuidam. ff. de conditio. & demonstra, & do. meus
Ias. in. l. fructus. in vlt. col. ff. sol. mat. & in. l. cum quidam.
4 §. quoties. ff. de iuris. oĩum iudicũ, † ꝙ vbi de aliquo con
tractu soluitur ab ẽptore de ꝑtio rei vẽditæ tm̃ pro libra
si fundus fuerit vẽditus centum, & in proxenetis & pro
clamatibus fuerint expensæ viginti libræ, ꝙ gabella tm̃
debet solui de octoginta: q̃uo sit intelligendum: ponit
Bar. in d. §. cuidam. qui est cum. l. sed si hoc.

SEd quæro pone quod sint plures domini cẽsuales, — Questio
qui ratione cẽsus eidẽ debiti debẽt habere laudemia
vnus tamen habet de quatuor partibus vnam: alius
duas, alius aliam: quomodo debeant diuidere lau-
demia

demia ex dicto censu ꝓueniētia? Dic qđ quilibet dominus habebit laudemia,& alia iura census pro illa parte pro qua habet in re censuali.facit textus in.§. exp editũ. insti.de socie.l.si vsus.§.fi.ff.vsufru. quēadmo.ca.facit.l. si fundus.§.si duo.ff.de pig.§.seruus.insti.de stip.ser.l. q pecuniã.ff.de statulib.l.si plures sint.ff.devul.& pupil.l. vtrum.§.fi.& ibi no.ff.de reb.dub. ¶Item quæro, † an

5 laudemia debeantur proprietario,an vsufructuario vide.s̃.in tit. (des droictz & appartenñ.a gẽs mariz.) in.§. (femme mariée selon la gñale coustume.) in gl.in verb. (pour en iouyr sa vie durant.) Albe.de rosa.in.l. vsufructu leg.ff.de vsufru.Old.consi.ccxl.& Gui.pape.q. cccclxxvij.¶Item quæro,†an si frater vendat fratri partem

6 suã rei censualis q̃ habet indiuisam cũ dicto fratre,an debeat laudemium dño: vr̃ ꝙ nõ p ea q̃ dicit Bal.in.l.voluntas.C.de fideicõ.vbi dicit,†ꝙ si frater vẽdat fratri rẽ

7 emphyteuticã: non est seruanda solẽnitas quæ debet seruari in venditiõe rei emphyteuticæ quia nõ requirit cõsensus dñi.& ad ꝓpositum de laudemio,vide Ang. de clauasio in sua summa,in ver.emphyteusis.ibi terti⁹ casus est.prope finẽ.qui sequit opi.Bar.in.l.& iõ.ff. de cõdi.fur.alle.in hoc.§.in gl.(retenue.) in fi. ¶Itẽ an†si dñs

8 retinuerit,debeat habere laudemias dic ꝙ non : vt tenet Boerius in tit.de cõsue.retẽtiõis rerũ feuda.§.ij.in glo.ij.

9 QVia†istud ius concomitatur rem: & debet à possidente rem & tenemẽtario,seu ab illo q illam tenuit & possedit,dicit ius reale.Et iõ etiã inter ecclesiasticas psonas iudex secularis debet esse iudex ĩ hac cã petitionis vẽte & laudemiorũ: qa oẽs res sunt de territorio regis: & valet consuetudo ꝙ de rebus etiam clerici agatur corã iudice seculari: vt tenet Bal.p illum tex.in.c. cum venissent extra de eo q mit.in pos.cau.rei ser. ¶Sed quæro,an saltẽ posit agi coram iudice ecclesiastico contra tenementariũ & emptorẽ rei censualis ad exhibẽdũ acquẽstus rei censualis,vt postmodum possit cognosci & probari q̃tum pro laudemijs sit petendũ,dixi semel ꝙ non: quia ex quo dicta actio est ꝑparatoria ad actionem in rem: sicut iudex secularis debet esse iudex causæ illius realis,& sic etiã debet esse iudex cãæ ꝑparãtis. ꝓut dicit Feli.in.c.super literis.in.xj.col.ibi: tertio facit qđ nota.Car.extra de rescri.nã ista cã exhibitionis literarũ ad prædictũ effectum est de depẽdentia seu connexis à cã reali: q põt dari cõtra tenementariũ,ex quo tenditur ad preparandas probationes ad ius reale,ꝙ debetur p tene

10 mẽtariũ: ergo dicitur depẽdens à iure reali: cum†preparatorium dicat de dependẽte & connexis ipsius ꝑparãdi.& probatur in.l.ordinarij.inver.ab eodẽ iudice.C.de

11 rei vẽdi.†vbi ille qui fuit iudex in ꝑparatorio.i.in possessorio,debet esse iudex in petitorio seu in cã proprietatis quia ꝑparatoriũ & preparatum dicuntur adinuicẽ continẽtia seu connexa.Et quia exhibitio scripturæ semp petitur,vel incidẽter in cã principali, vel ad preparationẽ alterius: ꝓut declarat Bal.in.l.j.in vlt.col.C.de edẽ.semp exhibitio scripturæ vr̃ de depẽdẽtibus ab ipso principali.Alex.in consi.lviij.in fi.j.vol.repetito in cõsi.cxcvij.in ij.vol.& iõ cum iudex secularis debeat esse iudex causæ principalis,debet etiã esse iudex causæ connexę & depẽ

12 dentis.& facit tex.in.l.vbi cœptũ.ff.de iudi.qa†vbi cœptũ est iudiciũ,ibi finiri debet: ne ergo sequat vnũ incõueniẽs,scilicet ꝙ aut derogeť.d.l.vbi ceptum.aut iudex ecclesiasticus cognoscat de actione reali,qđ facere non põt: debet hęc causa inchoari coram iudice seculari,cum coram eo debeat finiri.

NVnquid aũt iudex ecc̃liasticus cognoscere possit de arreragijs dixi alibi: sed aduerte ad id ꝙ dicit in quodã libro,q dicitur.Stylus parlamẽti. in quarta par-

13 te.arti.xlix.vbi dicit ꝙ fuit latum arrestum,†ꝙ quęstio arreragiorũ est psonalis: & iõ cognoscere põt iudex ecclesiasticus.cõtrariũ fuit iudicatũ ãno dñi.M. ccclxxxv. vt habetur p Ioannẽ galli in qõnibus p arresta,quęstiõe quinquagesima.vbi plenè disputat materia. ¶Aduer- *Arreragiorũ qõ est personalis.*

14 te,qm̃ istud est clarũ,†ꝙ hypothecaria est realis etiã si agatur ex conuentiõe: qa ex illa nuda conuẽtione causat ius reale: ita ꝙ sicut plati in regno Francię nõ possunt cognoscere de reali,sic nec de hypothecaria ita tenet Io.fab. in.§.item seruiana.col.ix.insti.de actio. *Hypothecaria est realis*

15 ADuerte etiã†ꝙ si vẽdatur res cẽsualis sub gratia redẽptiua,non debẽtur laudemia.Ioã.fab.in.l.fi.C. communia de leg. qđ intellige qñ gratia redẽptiua est temporalis,secus si gñalis & ꝑpetua,vt dicit Io. sanxon in cõsue.Turoneñ.tit.(de pie de fied & de paraige.) arti. v.fo.lxxj.& Boerius in consue.Bituriceñ.titu.de consue. feu.§.xviij.& vide infrà hoc eod.tit.§.vij.qui est fina. in glo.j.in versi.fina.

AN consuetudine particulari aliquorũ locorum in Burgundia posit introduci ꝙ tallia abomata importet laudemiũ aut ius retẽtionis,vr̃ ꝙ sic, quia p pactum & conuentionem fieri põt: sicut videmus in ẽphyteusi q̃ fit ex conuẽtione partiũ illius naturę.l.j.C. de iure emphy.ergo idẽ in tallia.Tamẽ quo ad nos nulla alia cõsuetudo põt istud introducere nisi sit census, ex quo est ꝓhibitũ p consuetudinẽ: cũ non possint aliæ cõsuetudines allegari q̃ nõ sint descriptę in hoc volumine: sed recurrẽdũ est ad ius cõe: dixi plenè in meo monologio.

In textu ibi,

Seigneurie.

QVid importat hoc ṽbum (seigneurie.) & q̃d vult dicere consuetudo nostra,quę dicit ꝙ cẽsus important dñium: nam nullum dominium remanet penes dominum censualẽ: immo omne ius qđ habet dñs censualis trãsfert in cẽsuarium: vt dixi in rub. igitur videtur ꝙ istud verbum sit superfluum: dic prędicta esse vera de iure,sed de consuetudine secus. *Cẽsus solutio an inducat subiectionem*

1 AN vero†solutio census seu pręstatio inducat proprietatem subiectionis,aut quasi possessionis. Tu dic breuiter,ꝙ si vna ecclesia soluat censum alter ecclesię certo loco,& aliquo tẽpore certo & determinato quo plures ecclesię soluunt censum in signum subiectionis, ꝙ ex hoc dicitur ex pręstatione census illius ecclesię probata quasi possessio subiectionis . ita Panor.in.c.fi.in.j. col.extra de cã possessio.ex quo dixi,cũ casus euenisset de curato de Brexis,qui renuebat soluere quandã pręstationem annuam ecclesie Heduẽ.ꝙ ex quo producebantur libri censuales contra ipsum,ꝙ debebant facere fidem,eo quia erat ecclesię cathedrali.Heduẽ.subditus quod satis constabat,eo quia tenebatur eidem ecclesię soluere ius quod dicitur crucum certo tempore, & certo loco , vt alię ecclesię: amplissimè scripsi consulendo *Casus facti.*

2 pro ecclesia : non hic insisto. ¶Aduerte†quod dominus census in Francia retinet dominium: vt dicit Ioannes fabri. §. adeo. institu . de loca . & Boerius in consuetudine Bituriceñ. titulo. de consuetudine feudo .§. xxiij.

In textu ibi,

Retenue.

Retẽtionis ius.

1 IStud†ius retentionis est ius qđ habet dñs censualis iure censuali: quod si vendatur, post eam retinere pro pretio. l. fi. §. sed nec hac occasione. C. de iure empyteu. & hoc iure ꝑlationis quod dictus dominus habet in re censuali: intellige tamen quòd poterit eam retinere pro se: non tamen pro aliquo cui cedere vellet: quia hoc ius ☞ prælationis cedi non post. tenet Guido pape. quęst. sua. ccccxj. ¶ Prouinciales tamẽ habẽt constitutionem contrariam per quam disponitur quod tale ius prelationis potest per dñm cedi & transportari in aliũ: qđ intelligerem verũ in feudis, qñ venderet aut cederet capaci & habili: quia non esset sine dubio si dñs cederet ius prælationis seu retentiõis feudi nobilis alicui nõ nobili, & sic nõ capaci, qđ expellere posset nobilem emptorẽ feudi, & sic capacẽ ad tenẽdum feudum: nisi esset princeps q etiã cederet incapaci, quem sciebat incapacẽ: qm vr̃ cum eo dispẽsare per. l. quidã cõsulebat. ff. de re iudic. sed hoc nõ affirmo: sed cogitãdũ esset, si casus eueniret. ✻ ¶ Idẽ Gui.

2 pa. deci. sua. xlviij. vbi dicit, ꝙ†non habet locum ius retentionis in donatiõe, vide quæ dixi infrà. §. fi. in gl. j. hu ☞ ius tituli. ¶ Et intellige etiã qđ dñs habeat huiusmodi ius retẽtionis seu prelationis nisi alia iura sequẽtia & futura receperit, scilicet censum futurum, & alia iura: quia per hoc renuntiasse vr̃ huic iuri: vt facit tex. in. l. post diẽ: ff. de lege cõmis. ꝑ quem textũ ita tenet gl. in. l. ij. in v̄bo, expellere. C. de iure emphy. Et ibi do. meus Ias. qui tenet quòd si dñs emphyteutecarius habeat ius cõmissi ꝑ nõ solutionẽ canonis ꝑ triennium, si tñ recipiat iura futura vr̃ illi iuri renuntiasse: & ita tenẽt ibi multi, quos refert & sequitur do. meus nu. 124. Quod intellige verũ in vero dño: sed an in hoc tutor aut administrator possit dño minori preiudicare: cogita ex his quę dicit Feli. in. c. fi. de præscriptio. Et quid in receptore qui habet solum potestatẽ recipiẽdi reditus, an possit in hoc præiudicare dño vr̃ qđ non, ꝑ ea quæ dicit Henricus Bohic in. c. vigilãti in fi. extra de præscriptio. vbi dicit ꝙ vicarius non põt quid facere in præiudicium dñi seu rectoris. ✻ ¶ Et nunquid res cẽsualis possit sine consensu dñi alienari idem Boerius vt. s̃. §. xxiij. & idem eo. libro de cõsue. retentionis rerum feudaliũ. §. j. vbi ponit q̃dam ex dictis in hac gl. & ponit certos casus in quibus non habet locum ius retentionis. tit. de consue. retractus. in gl. de iure tamẽ. §. iij. tenet ꝙ tale ius non potest cedi.

POssunt tñ facere contrahẽtes inter se ꝙ dñs non habebit rẽ censualẽ iure prælationis, puta si vendatur res inter eos: si dñs laudauerit, prout tenet Gui. pa. q. sua xlviij. & ccccxj. & ponit Bar. in. l. qđ sępe. §. si quis amico. ff. de contrahẽ. emp. prout alle. Gui. pa. in dicto loco: sed ibi nihil dicit & ideo dicit Pet. Iaco. de Aureliaco in suis libellis, in tit. de actione in rẽ quę pro re emphy. quę cecidit in commissum. in. x. col. ibi quid si dñs directus.

Ius prælatiõis et retẽtiõis cedi non potest.

3 †qđ si dñs directus vẽdiderit ius ꝑlatiõis & retentionis alicui tertio, & ius laudandi ꝙ ipse habet: ꝙ ille emptor non poterit retinere rem sicut dñs directus: immo qđ plus est semp remanet pignoris obligatio, nec hoc casu euanescit: qa istud ius ꝑlatiõis est ius spãle, ergo in suis terminis tenẽdũ, scilicet ꝙ habeat locũ in ipso dño directo, & nõ in aliis, licet cãm habeat ab eo, qa cũ tale ius retinẽdi sit odiosum, ergo restringẽdũ et non ãpliandum.

4 SEd ponet ꝙ sint duo domini directi censuales, quorum vnus vult retinere rem censualẽ venditam iure ꝑlationis, alter vero nõ, sed vult inuestire emptorẽ: quid fiendum: videtur ꝙ quilibet vtetur iure suo arg. l. j. §. si alter ex hęredibus. ff. quorum legatorum. Albe. de rosa. mouet notabiliter hanc quæstionem in fortioribus terminis in. l. per fundum. in. iij. col. ver. vlti. facit. ff. de serui. rusti. prędio, vbi dicit. Pone ꝙ quis tenet in emphyteusim quędã molendina à quodam capitulo pro octaua parte, & à quibusdã nobilibus pro septẽ partibus: iste vendidit molendina cum consensu capituli & nobiliũ excepto vno qui vult partem suam quam etiam habet pro indiuiso retinere, an possit: Dicit ꝙ sic, ꝑ. d. l. nec possunt alij consortes impedire ius retentionis isti pro parte: nec est fienda alia æstimatio pretij. & nota quia dicit, qđ euenit in facto: sed credo ꝙ adhuc eueniet intra paucos dies. ¶ Hãc q̃onem examinat Io. berberij in suo viatorio iuris, tit. de loca. quęritur etiam ecõtrario. vide do. Io. sanxon. in consue. Turoneñ. tit. (comme hommage se doibt offrir à son seigneur.) arti. fi. in. ij. col. & in fine, titu. (des retraictz). xxij. arti. vbi alle. Boerium, qui examinat in cõsue. Bituriceñ. tit. de consue. retentionis rerum feudalium. §. j. & in ti. de consue. retractus.

Casus.

IN contrarium tamen videtur facere. l. ꝙ si vno. §. Celsus. ff. de in diẽ adie. per quem tex. ita tenet Guido pape in. q. sua. ccccxj. in fi. & ideo etiam per illum tex. dicit in quæstio. sua. cccccviij. ꝙ si aliquis emat vnum tenementum plurium rerum, in quo sunt q̃ plures & diuersę possessiones de censu & emphyteusi plurium diuersorum dominorum mouentes: ꝙ quidem tenemẽtum emit vno pretio: & alter dñorum censualiũ vult aliquã rem, qui de suo censu mouet retinere iure ꝑlationis, qđ non potest: quia oĩum rerum est vna venditio de facto de oĩbus rebus insimul facta. l. scire debemus. cũ ibi no. ff. de verb. obli. Ex quo ergo si talis dñs retineret, videretur esse prejudiciabile censuario vendenti & etiam emptori: cum in hoc casu nõ cogeretur emptor alias res in ipso tenemẽto recipere nisi oẽs haberet. l. si quis duos. ff.

5 de cõtrahen. emp. & iõ ibi concludit Gui. pape, †ꝙ dñs non põt habere illud ius retentions seu prelationis: qñ per eum prejudicaretur censuario seu emphyteuticario vendẽti. l. fi. C. de iure emphy. ¶ Ista quęstio est nunc in ciuitate Heduen. inter nobilem virum dñm Dygornay, & nobilẽ & sapientẽ virum magistrum Ioannem Milot locumtenentem gñalem horum balliuatuũ Hedueñ. & Montissinerij. Cùm ita sit qđ prędictus magister Ioãnes Milot emerit hoc anno terrã & seignoriã de Vergoncey, in qua sunt plures partes feudales diuersorum dñorum: et inter alias est quędã parua pars quę est de feudo dñi Dygornay: q̃ vult habere iure retẽtiõis: an sit audiẽdus. ¶ Multa opponit cõtra eũ predictus locũtenẽs & maximè supradicta. Opponit etiam ꝙ sunt sex mẽses ꝙ emptio seu acquisitio dictę terrę de Vergoncey fuit ei denuntiata: & ꝙ debuit venire intra quadraginta dies post talem denuntiationem scđm ꝙ tenetur etiam in simili casu dñs censualis post quadraginta dies vt infrà. §. iij. qui in hoc etiam ꝑ consuetudinẽ nostrã videntẽ equiparari: ꝑ. §. x. inci. (au reachat & retraction). s̃. titu. j. Ad minus qđ tm̃ debet habere duos menses à tempore denuntiationis de iure, cùm tm̃ habeat censualis dominus. vt notãt docto. maximè Bar. Ang. Imo. Pau. de cas. Alex. in. l. q̃ Romę. §. cohęredes. ff. de verbo. obli. decisiones

Questio de facto.

nes doc.in dicto loco nihil faciunt ad propositum:quia tñ loquuntur de eo qui non potest vẽdere nisi tali: qa debet interpellari,& debet expectari post interpellationem per duos menses.& tex.in.l.fi.C.de iu.emphy. vbi tex.loquitur de duobus mensibus.dic ꝙ ille tex.loquitur in re emphyteutica,& non in feudali,in qua aliud specifice decisum est:scilicet in.§.porrò.qualiter olim feudũ poterat alienari:in quo est annus quo ad dñm feudi:immò dicit Præpositus Mediolaneñ.dictus cardinalis Alexandrinus in.d.§.porrò.ꝙ stante statuto ꝙ vasallus possit alienare feudum.vt.s.in ti.(des fiedz).§.(en alienatiõ & trãsport,)ꝙ dominus habebit ius redimẽdi scd'm.d.§.porro.scd'm quem datur tẽpusvnius anni:igitur &c. ¶Posset dici ꝙ cum nec vere,nec expresse sit statutum tempus in feudis immò solum quodammodo fit mentio in.d.§.proro.de tempore non dispositiue,sed exceptiuè ad regulam precedentem ꝙ in hoc casu bonũ erit argumentum de emphyteusi ad feudum.de quo argumento satis ample per do.meũ Ias.in.l.j.in.xj.et.xij.col. C.de.iure emphy.Et iõ cũ in emphyteusi sint tantũ duo menses,ꝙ etiam idem erit dicẽdum in feudo. dixi plus ꝙ in Burgundia dominus feudi habet tantum quadraginta dies ad retinendum seu redimendum rem feudalem venditam. Qui quidam quadraginta dies currunt à tempore denuntiationis & nõ ante.Et hoc probo sic. vbi duo casus parificanturvi regule antique,tunc statutum disponens aliquid in vno parificatorum extenditur ad reliquũ.ista fuit cõclusio Bar.in.l.Marcellus.§. ꝙ aũt.ff.ad Trebel.& Ang.in.l.si quis seruo.C.de fur. dicã plene in fine harũ consuetudinũ ibi,decima cõclusio est sed sic est ꝙ dñs feudi & dñs censualis,quo advnum casum scilicet ius retentionis ęquiparantur:vt in.§.(en reachat & retraction).s.(des retraictz.)ergo etiam in tẽpore statuto ad dictum ius retentiõis in vno per nouũ statutum fiet extensio ad alium:sed sic est ꝙ in dño censuali sunt statuti quadraginta dies per consuetudinem nostram post denuntiationẽ:vt.j.eo.ti.§.iiij. Ergo idẽ erit dicendum in dño feudi,qui tñ debebit habere quadraginta dies.¶Multum facit in contrariũ id ꝙ dicitur infrà in fine harũ cõsuetudinũ,ꝙ in his q̃ non sunt disposita ꝑ has nostras cõsuetudines recurrendum est ad ius cõe. Sed põt dici ꝙ satis statutũ est & ordinatũ tẽpus ꝑ has nostras cõsuetudines,scd'm ꝑdictam regulã.igitur &c. cogita,quia non est sine dubio.Dixi etiam ꝙ adhuc videbatur ꝙ cũ nõ erat ius retractus in dicta terra & seignoria de Vergoncey,ex quo est de franco allodio,& nõ est locus principalis feudalis,q quidẽ inspiciendus est:vt tenent Guil.de cug.Bal.& Alb.de rosa.in.l.j.ff.de offi.prefecti augusta.& Phili.francus in.c.cõmissa.de ele. vbi di-
6 cũt†ꝙ ille dicitur possidere bñficium q possidet ecclesiã, & sic locũ principalẽ:non aũt ille qui possidet possessiones,seu dependentia ab ecclesia principali:ꝙ nec etiam debet esse in dependentibus & accessorijs seu membris illius terræ.Et iõ semel etiam dixi, qd' cum esset ecclesia principalis in comitatu Burgundie,et annexa cũ oĩbus parochianis in ducatu nostro, ꝙ talis ecclesia non erat subiecta nominationib⁹invim pragmaticæ sanctionis. ¶Aduerte ad cautelã,ad euitãdũ ꝙ nõ habeat dñs ius retẽtiõis:ꝙ iter duos litigetur super re censuali:et tandem fiat trãsactiovt res apud aliquẽ remaneat dãdo certã pecuniæ summã alteri:tunc hoc casu nõ erit ius retẽtionis: qa dimissio rei existentis penes aduersariũ ex cã transactionis aliquo datovel recepto nullã inducit translationem dñij vel alienationẽ:vt est tex.vnicus & sing.in.l.si pro fundo.& ibi docto.maximè Bar.C.de transac. iuncta gl.in.l.penul.C. ꝓ emp.& vide in hoc Io. sanxon in cõsue.Turoneñ.ti.(cõme hommage se doibt offrir a son seigneur.)arti.fi.fo.lxviij.dixi.s.tit.(des fiedz).§.fi.in gl. (en alienatiõ & transport.)ibi nunqd aũt vasallus possit sup feudis trãsigere.dixi etiã.s.titu.(des retraictz).§.ix. vbi dixi ꝙ in transactione nõ habet locũ ius retractus.

Item etiã nõ habet locũ ius ꝑlatiõis ex remissiõe seu diuisiõe q̃ fit inter sociosvel cohæredes de re cõi:nec et laudemiũ debetur,scd'm Bar.in.l & iõ.ff.de cõdi.furti. & Ale.in cõsi.x.inci.vr fortasse.i.ij.col.in.j.vol.Gui.pa.qõ xlv.dixi in.§.fi.hui⁹ti.&.§.ix.s.(des retraictz)quasi in fi.

ADDITIO. Aduerte ꝙ in iure sunt alia iura retentionis:vnũ de quo habetur in l.j.C.etiã ob chyrographariã pecuniã. & ibi Albericus fecit pulchram distinctionem,quã vide. Aliud de quo in.l.fi.C.cõmoda.& in.l.in rebus.§.possunt.ff. cõmodati.vbi cõmodatarius põt retinere cõmodatũ ꝓpter impensas in re cõmodata factas,nõ tñ pretextu debiti põt retinerevt dicit tex.in.d.l.fi. Aliud est de quo in.l.si non sortem.§.si centum.ff.de cõdi.indebi. Aliud est de quo in.l.j.§.ꝙ aũt.ff.de superficiebus.& in.l.cum dñs.ff.de regu.iur.Bal.in.l.cũ & soluta.C.de condi.indebiti.*

In textu ibi,

Amende.

Sed quæro,quæ sit ista emẽda,dic ꝙ vr̃ ꝙ sit arbitraria,ꝑ ea q̃ dicitBar.in.l.j.ff.de iure deliberan.Ex quo tñ non est statuta a iure nec determinata:vr̃ ꝙ mitior debeat imponi,cum in pœnis mitiorẽ pœnam adiudicare debemus.l.interpretatione pœnæ.ff.de pœnis.que quidem mitior est de septẽ solidis in hac patria.Tu dic scd'm tex.nostræ consuetudinis seruandã esse cõsuetudinẽ loci vbi est talis census,rõne cuius debetur emenda.

1 Item quæro,pone†ꝙ censuarius vult soluere pro viginti annis simul,vt euitet emendam:an possit:dicvt per do.meũ Ias.in.l.ij.in.xlj.col.C.de iure emphy.& adde quæ dicam infrà in.§.iiij.super gl.j.versi.dixi supra. Quęstio

Item quæro de casu q mihi euenit in facto.Ego prętẽdebam quẽdam annuum reditum siue censum mihi deberi ꝑ tenemẽtarios cuiusdã fundi: alter pretendebat etiam sibi deberi:& quilibet nostrum dicebat se emisse illũ censum a quodã qui prius habebat:proponebã me esse priorẽ cui facta fuerat venditio,& dicebã me esse in possessiõe ꝑceptionis illius cẽsus,& ꝓbabã ꝑ quãdam cõfessionẽ,quã mihi fecerat tenemẽtarius:ꝑ quã constabat ꝙ cõfitebatur se fecisse cõputũ mecũ de dicto censu pro octo,aut nouẽ annis,de qbus se obligabat & promittebat soluere.Postmodũ ꝓbabam ꝙ hoc anno dñi millesimo quingentesimo decimo, ipse mihi soluerat summam mihi cofessatam & promissam pro dictis nouem ãnis effluxis.Ex aduersa ꝑte ꝓponitur ꝙ licet fuisset scd's emptor:tñ erat prior in possessiõe,& sic cui fuerat res tradita,& sic ꝙ debebat obtinere,per.l.quoties.C.de rei.vendi.& iustificabat ꝙ anteꝗ̃ mihi fuisset facta confessio de receptis,ꝙ iam actualiter & realiter dictũ censum habuerat a dicto tenemẽtario,& sic ꝙ videbatur ꝙ deberet obtinere:ꝑ ea quæ plenè tradit do.And.Sicu.in
2 cõsi.viij.in.xxiij.xxiiij.&.xxv.col.in.ij.vol.†vbi ꝑ actualem solutionem pensionis acquiritur quasi possessio,&

Casus.

ossides beneficium quis tatur.

autela.

non per cōfessionem de recepto:sed tñ quia paria sunt soluere,aut promittere soluere.l.fi.C.de cadu.tollen. ex quo dictus tenementarius non solum confessus est me recepisse immo ꝙ plus est,mecum computum fecit, & promisit soluere a die cōputi facti incepit possidere: & iō non video quare nō debeam obtinere: nō video adhuc mihi moueri processum:sed si moueatur,scribā amplè pro iuribus meis conseruandis.¶ Aduerte: quia in cōtractibus in qbus ius quærit̃ ex solo titulo,vt in duobus qbus fuit diuersis temporib⁹ hypothecata eadē res cum ex sola cōuentione ius hypothecæ absq; traditione possessionis trāsferatur.l.j.ff.de pig.actio.iō est præferendus is cui primo res est hypothecata,non cui prius fuerit tradita,vt per doc.in.c.q prior.de reg.iu.&.l. potior. &.l.qui balneum.ff.qui po.in pig.habe.& ita tenēt Cy. Bal.Sali.& Pau.de ca.in.l.quoties.C.de rei ven. de qua materia vide Io.sanxō in consue.Turoneñ.ti.(des hypotheques,& comment elles se diuisent.)arti.ij.fo.cxxj.

Questio SEd iterum quæro,qūo potero ꝓbare ad habēdum laudemiū,ꝙ talis emptor emit a tali,talē rem mihi censualē:dic ꝙ debet peti vt exhibeat̃ instrumentū emptionis & vēditiōis:& coget̃ emptor per iudicem ad exhibendum & edendum:vt dicit Bal.in.l. qua quisq;. q̄ est prima practica.§.editiões.in.iiij.col.ibi, ecce quartū exemplum.ff.de eden.& ita practicat̃ in curijs nostris. ¶ Adde Spe.in tit.de emphy.ver.cxlj.intellige dūmodo cōstet ꝙ illa res sic vēdita sit cēsualis:ꝙ nō ꝑsumit̃:quia oīs res ꝑsumit̃ libera dixi.s̄.§.iiij.tit.(des mainsmortes) in gl.j.& in.§.iiij.ti.(des fiedz.)in gl.(apres ledict hommage.)ibi:sed nunquid quælibet res.& iō cū sit præsumptio contra prætendentem rem esse censualem, tenetur probare saltem per tres testes:vt dicit do.meus Ias.in.l. sciendum col.iiij.ibi,in eadem ibi, an admittatur .ff. de
3 verb.obli. Aduerte tñ†quia qualitas proposita in libello tribuens iurisdictionē iudici nō debet ꝓbari ante litē contestatam.Lap.allegatione sua.lix.&.lxvj.

☞ ADDITIO. Contrariū tenet Bar.in.l.præscriptione.C.si cōtra ius vel vtilita. publicā. & Imola in.c. super literis.de rescriptis.de quo per Mat.de Affli.in consti.regni Siciliæ quæ incipit, capitaneorum.in.ij.notabili *

POne ꝙ pluribus dñis debetur census ꝑ plures censuarios ex vna re censuali:& vnus censuarius soluit vni dño partem suam,& non alteri:an emēda debeatur integraliter,an pro parte:de hoc vr̃ casus in.c. suā. extrà de pœnis.vbi dicit ꝙ obligatus ad certā quantitatē certo die sub pœna soluēda,si partem intra terminū soluit, ad pœnam integram non tenetur.& ibi plenè ponit q̄ sit obligatio diuidua & indiuidua.de qua materia plenè per scribentes ibi,et in.l.stipulatiões non diuiduntur. & in.l.iiij.§.cato.vbi do.meus Ias.ff.de verb.obli.&.l.in executione.ff.eo.l.ij.§.ex his.cum duabus sequentibus. ff.de verb.obli.¶ Et si debeo partē ab vno soluente, an alijs non soluētibus preiudicēt soluenti.gl.in.c.fi. in gl. magnā.circa finem.extra de locato et cōducto.c.si vnus non est soluēdo,an alij soluentes teneantur.vr̃ ꝙ non.argumento.l.ij.in fi.ff.de ali.& cibarijs leg.

In textu ibi,

Qui en ont par cy deuant use.

IN hoc ostenditur ꝙ istud ius ꝙ dñi censuales habent in re censuali.percipiendi laudemiū,seignoriā,ius retentionis,& emendā:istud habeāt ex cōsuetudine præscripta,seu ex ꝑscriptiōe:& iō considerans cōsuetudo ꝙ tm̃ prescriptū q̄tum possessum.l.j.§.Iulianus primo .ff. de itinere actuq; priua.& ibi notat gl.quam Bart.ibi. in §.si quis hoc interdicto.dicit semper notādū.faciūt plura quæ dicit do.meus Ias.in.l.de quibus.in.vij.col.ff. de legi.in.l.nō dubiū.in.ij.col.C.de legi.Barba.in.l.j.in.§.si stipulanti.in.xij.col.ff.de verb.obli.Feli.in.c.auditis. de præscrip.do.meus Ias.in.l.iij.in fi.principij.C.de iure emphy.ponit ad hanc regulam aliquas limitationes.adde eundem dominum in.l.ij.in scd'a col.& in.l.imperium in.xj.col.ff.de iuri.om.iu.voluit ꝙ in hoc vterentur dñi locorum particularium prout hactenus vsi fuerant, & non aliter:ꝙ iuridicum est.

§.secundo.

ET semblablement se fera au regard des coustumes,bledz,uins & aultres choses.

SOlent in Burgundia multū vsitari hæ annuæ præstationes bladorū,vini & aliarū rerū maximè granorū:& dicūt̃ (coustuma) ex quo materiam annuæ præstationis am-
1 plectens.†Primo quæro an annua pensio possit imponi super re quæ non est potens ad supportandum pensionem:& quid fiendum si fuerit imposita super re quę est diminuta ita ꝙ non potest amplius supportare, dic ꝙ promittēs certum annuum reditum, vel pensionem super aliqua re quæ non potest supportare redditū siue pensionem,ꝙ cōstituens pensionem debet supplere sup alia re,per.l.lucius titius.ff.de alimentis & cibarijs legatis. & tenet Ioannes fabri in.l.si quis argentum.in principio.C.de dona.& dicit Gui.pape quæstione sua. viij. ꝙ ita fuit conclusum. Annua ꝑstatio.

INtellige prædicta in eo qui dicit rem quam onerat reditu,aut pensione esse sufficientem mediante pecunia,aut alia re:secus vero si alicui daretur aliqua res mediante pensione tali anno quolibet super ea præstanda: qm̄ hoc casu si non possit supportare pensionē, aut gacasmate perijt:aut alio mō fuerit deteriorata,poterit renuntiari dño tex.in.l.j.C.de iure emphy.

2 ET aduerte†ꝙ annua præstatio constituitur per cōtractum inter viuos: & hoc modo acquiritur per quencunq; contractum de iure approbatum,& per vltimam voluntatem:vt infrà dicam.

3 SEd an†acquiratur annua præstatio ex diuturnitate tēporis, ista quęstio amplissimè tractatur ꝑ Bar. in.l.cum de in rem verso.ff.de vsuris.per doctores in.l.j. C.de fideicom.per Alex.& docto in.l.si certis annis. C. de pac.vbi amplissimè per dñm meum do.Ias.qui procedit per regulas & limitationes. An annua præstatio ex diuturnitate tpis acquiratur

SEd vt hæc materia quę est multum vsitata in Gallia et in Burgundia plenissimè discutiat̃ intendo prius discutere doctrinam Bar.in.d.l.cum de in rem verso.ff. de vsu.post illam etiā non omittā doctrinam magistri & præceptoris mei domini Iasonis in hac materia dispersam in multis locis.

DIco ergo sic:qn̄ quæritur,an ex diuturnitate tēporis acquiratur annua præstatio:ꝙ aut qs fundat intentionem suam ex tēporis cursu,cuius initij memoria non extat in contrarium:& tūc sufficit.l.ex hoc iure. §.ductus

§.ductus aquæ.ff.de aqua quotidiana & æstiua.l.j.in fi. ff.de aqua plu.arcẽ.facit tex.& quæ ibi notantur in .c.j. de pręscriptio.in.vj.Panor.exp̃sse & in specie in cõsi.suo vij.incip.Iesu Christi saluatoris.in scd'o dubio.in.v.col. in.ij.vol.& in cõsi.suo.xxvj.inci.in q̃one quę ad præsens vertitur.in.iij.col.in.ij.vol.alle.Io.And.in.c.peruenit. de censibus.vbi Henricus bohyc,& Panor.post alios.¶Et faciunt ad corroborationẽ,quia tali tempore probato probatum est dñiũ.do.meus Ias.in.§.omnium.in.xiiij. col.insti.de actio.†& habet tale tẽpus vim priuilegij & concessionis,etiã in his q̃ sunt principi reseruata.c.sup quibusdam.§.propterea.de verb.signi.do.meus Ias.in l.de quibus.in.x.col.ff.de legi.Alex.in consi.xxxv.in.ij. vol.Sozi.in consi.cxxvij.in penul.col.& consi.cclx.col. penul.faciunt quæ,dicit Panor.in consi.xx.in.j.volu. &
5 Ludouicus Bolognignus in consi.suo.lxxvij. † immò nõ est necessaria tituli allegatio in hoc tẽpore.Alexã. in consi.suo.vj.in.ij.col.in primo vol.& in consi. cxxv. &
6 sequenti,in.ij.vol.†nec etiam requiratur in præscriptiõe tanti temporis scientia eius cõtra quẽ præscribitur. do. meus Ias.in.l.imperium.in.viij.col.ff.de iuris. om. iudi.
7 †immo probata præscriptiõe tanti temporis nõ admittitur probatio in contrariũ.Feli.in.c.cũ nobis.in.iij.col. extrà de præscrip.& Barb.in consi.xlj.in.xj.col.in.j.vol.

8 SEd nunc†stat difficultas,quomodo p̃babitur tanti temporis p̃scriptio:gl.istud determinat in.c.j.de pręscriptio.in.vj.in verbo memoria.& vide quæ dicit Frã. de are.in consi.clxvj.& in consi.suo.xxxvj.Panor.in .c. cum nobis.& ibi Feli.in.v.col.extrà de præscrip.vbi ponit multos modos.

AVt verò quis fundat intentionẽ suam ex minori tempore,& tũc distingue:aut est tempus.xxx.vel xl.anno.aut decem,aut triũ annorum.Primo casu q̃tũ ad tempus.xxx.vel.xl.annorum . In hoc aduerte : vr̃ in
9 hoc q idem sit q in p̃scriptione tanti tẽporis:†qa post tale tempus non põt allegari p̃sumptio male fidei , vt dicit Bar.notabiliter in.l.fi.in fi.C.vñvi.tex.in.c.placuit. ij.ver.q si mala fide.xvj.q.iij.do.meus Ias.in.l.clàm pos sidere.§.qui ad nundinas.in.ij.col.ff.de acqui. pos. Feli. in.c.si diligenti.in.ij.col.ver.idem Imo.de præscri. faciũt quæ dicit Panor.in cõsi.lxxxix.in.iij.col.in.j. vol. Barb.
10 in cõsi.xlj.in.xiij.col.in.j.vol.†vbi dicit hoc esse verum q̃n est solum p̃sumpta mala fides:qa tunc tempus.xxx. annorum tollit illam præsumptam malam fidem:secus vbi appareret de vera mala fide:quia tunc hæc præsumptio non tollit veritatem.¶Dicerem in hoc casu nostro q in casibus nõ prohibitis a iure,puta in his præstationibus annuis bladi,vini,pecuniæ,præstationũ annuarũ soluunt̃ sufficit tempus.xxx.annorum tam per prædicta,q̃ etiam per cõsuetudinem nostram,quęreducit oẽs præscriptiones ad tempus triginta annorum:dũmodo sint de his quę pręscribi possunt:vt est in predictis casibus:nec requiri titulũ:ex quo in predictis casibus, non dicerẽ esse necesse allegare titulum dicam forte latius.j. in fi.¶Faciunt ad p̃dicta quę dixi de pręsumptione bonefidei:que dicit Barba.cõs.quinquagesimo.in.xiij.col. in.j.vol.Aduertendũ tñ est ad ea q̃ dicit Soci.in cõsi.suo cclxvj. in.iij.col.& consi.suo.cxxvij.in penul. col. & ad supradicta faciunt q̃ dicit Ale.consi.cc.in.ij.col.in.ij.volu.& in cõs.lxxj.in.ij.col.in.j.vol.do.me⁹ Ias.in.§.sed iste in.xxj.col.insti.de actio.& scripsi ad Ale.meũ in.d. cõsi. lxxj.Bar.tñ in hoc casuvr̃ dicere hoc esse verũ quo ad li-
11 berationẽ inducendã.sed non quo ad obligationẽ † qa vt vr̃ dicere quidã,nunq̃ per tẽpus obligatio inducit̃.l. creditor.C.devsu opis.ff.de ope. li.l.fi.&.l. obligationũ fere.§.placet.ff.de actio.et obli.scd'm Cy.in.l.si certis annis.C.de pac.intellige tñ p̃dicta vera p se:sed†qa per tẽ
12 pus.xxx.annorũ pręsumit̃ oĩs negligẽtia q̃ quidẽ negligentia cũ tempore.xxx.annorũ est potens ad acquirendum ius,vt iuravolũt.ff.&.C.de pręscri.& insti.de vsuca.sic etiam dicendũ est,q p̃statio annua cũ tpe obligationem inducit,scd'm Hosti.Gaufre.Vinceñ.& Henricũ bohyc in.c.puenit extra de censibus.& Archi.in.c.serui
13 tiũ.xviij.q.iij.in gl.fi.sicut etiã videmus†q patiẽtia cũ tpe obligationẽ inducit.l.si qs diuturno.ff.si seruitus vẽdice.& multo fortius in hac p̃scriptione.xxx.annorum cõtra quam nõ põt opponi mala fides: vt dictũ est hic antè:nec etiã p consuetudinẽ nr̃am:vlterius qd quęrendum est in his q̃ pręscribi possunt qa in talibus p̃scriptio xxx.annorum estverus titulus:cũ ergo in pręstatiõibus annuis sit dabilis pręscriptio:& sint de his q̃ p̃scribi possunt nõ est hęsitandũ,q alia cã seu alius titulus requirat̃ in prestatione annua post triginta annos:q̃tum aũt ad liberationem inducendam q̃n ius cõe non resistit non facio dubium,prout tenet Bar.in.d.l.cum de in remverso.per.l.omnes.&.l.sicut.C.de prescri.xxx.vel.xl. anno. si vero ius cõe resistat,tunc secus.l.comperit.C. de pręscrip.xxx.vel.xl.anno.dicam latius infra.

AVt vero loquimur de pręscriptione minoris tẽporis,q̃ scilicet tanti tpis triginta annorum,& sic de alia minori:& tũc in hoc dic aut est p̃scriptio triũ annorum:de qua in.l.j.C.de fideicõ.& tunc hęc p̃statio nihil facit,nisi sit titulus allegatus cum fauore vltime voluntatis:vt latius infra dicam:aut vero loquimur de pręscriptiõe decẽnali:& tunc q̃n quis fundat intentionem suã ex illa pręscriptione solum nõ allegando titulum , nihil facit.ista est cõis in.l.cũ de in rẽ verso.ff.de vsu.& in.l. si certis annis.C.de pac.& hoc quantũ ad obligationẽ inducendã:q̃tum vero ad liberationem inducendam,tũc aut ius cõe resistit,vt dictum est:& tunc non inducitur, aut non resistit,et tunc ex solo cursu temporis põt induci liberatio,secundum diuersas naturas actionum:quia quædam tolluntur minori tempore : quædam maiori .l. sicut.&.l.omnes.C.de p̃scrip.xxx.vel.lx.anno .& l.cũ sex.ff.de edil.edic.& quod notatur in.l.j.ff. de diuer. & tempo.pręscri.Tu dic q hodie per cõsuetudinẽ nr̃am nõ sufficit tẽpus.x.annorũ,aut aliud maius ad inducendam liberationẽ:qa oẽs p̃scriptiões minores.xxx.annorũ sunt redactę ad p̃scriptionẽ.xxx.annorũ:vt .j. dicã in fine harũ cõsuetudinũ.§.pe.vbi vr̃ decisum q p̃scriptio triũ annorũ & decẽ sint sublatę p cõsuetudinẽ nostram.

AVt vero & secundarie principaliter quis fundat intentionem ex titulo & pręstatione decẽnali:& tũc distingue:qa aut ille titulus est iualidus, aut legitimus. Primo casu q̃n qs fundat intentionẽ suã ex titulo inhabili & p̃statione:videndum est an pręstatio sequens cõfirmet titulum inualidũ.Bar.in.d.l.cum de in remverso distinguit,an titulus sit inualidus fauore præstantis, an fauore eius cui pręstantur.&vide vt ibi per eum.

ET q̃uo habẽs huiusmodi titulũ inualidũ nõ debeat illum occultare & caueant aduocati ne cõsulant q occultet̃.a:s ędificant ad gehennam:vide Gui.Bñdi. in sua repe.c.ray.in verbo,& vxorẽ noĩe adelasiã.nu.1004. &.1005.de test.vbi dicit̃ qd' periculosum est q̃nq̃ pro-

Margin notes (left): Tẽporis ... no ... vij (4); Præscri- ... tem ... ris tan ... mos ... lis ... o pro ... tur (8); Talesis ... i præs ... mptio ... i tolla ... r. (9)

Margin notes (right): Obligatio nõ inducit̃ p tempus. Negligẽtiæ p̃sumptio. — De præscrip. minor.xxx. annorũ.

ducere titulum: quia vitium ex tenore producti apparens omnẽ executionem impedit, vt ibi.

AVt titulus præcedẽs est inhabilis autoritate iuris publici, puta propter solẽnitatis defectũ vel quia ius ei non assistit: & tũc aut loquimur de inducẽda obligatiõe aut de inducẽda liberatione. ¶Primo casu aut ibi versatur fauor vltimæ voluntatis, vel alimentorum aut simul: & tunc p præstationem trium annorũ confirmatur. l. j. C. de fideicom. & nota q̃ Bar. in d. l. cum de in remverso, extẽdit dictam. l. j. vt ꝓcedat in alijs casib⁹ habeñ. similem fauorẽ: vt est cã dotis, vel ad diem refectionis. Idẽ tenent alij videlicet Bal. Alex. et do. meus Ias. in. l. si certis annis. C. de pac. licet videať tenere contrariũ Ang. in. d. l. si certis annis. in repetitione extendit dictã. l. primam, in legato facto pro redemptione captiuorũ, vel alijs pijs causis. Do. meus Ias. ibi confirmať quibusdam rõnibus subiungens

Triennalis p̃stat io.

14 †q̃ sicut sufficit p̃statio triennalis ad inducendã obligationẽ in casu fauorabili. d. l. j. ita sufficit ad inducẽdam liberationem in casu odiovsurarum. l. aduersus. iuncta gl. ij. in fi. & ibi Bal. C. de vsu.

ITem dicit q̃ gl. in c. ecclesia sutrina. in verbo ipsorũ. de cã possessio. & ꝓprieta. per illam. l. primam dicit

15 †q̃ qui triẽnio possedit rem, præsumitur ius habere: sed dicit q̃ illa gl. poterat allegare meliorẽ tex. i. c. j. §. si verò vasallus. in tit. q̃d sit inue. vbi p possessionẽ triennalem præsumitur ius feudale. & etiam quicũq; nonviolentus sed habens coloratum titulũ pacificè, & sine lite prælaturam, dignitatẽ, bñficium, vel offm̃ triennio proximo possedit, vel in futurum possidebit, nõ põt postea in petitorio vel possessorio à quocũq; etiam rõne iuris noui ter impetrati molestari, prout est tex. ad literam in pragmatica sanctione, in tit. de pacificis possessoribus. Et ibi gl. multum notabilis, in verbo. triennio. quæ alleg. prædictam legem primam. Et ideo dicit text. in clemen. j. de sequestra

16 †q̃d' triennalis possessio pacifica impedit sequestrationem.

DOminus tñ meus in. d. l. si certis annis. limitat illã legem primam. C. de fideicõ. octo limitationibus quas hic nõ transporto: cum ample p eum ponantur.

ADuerte tñ ad id q̃ dicit Bal. in. l. nõ idcirco. C. de iuris & facti igno. q̃ si quis soluit per multos annos censum, non tñ per hoc probatur censuarius. Et vide dicta Bal. ibi, quæ non transporto.

Vide de solutiõe triennali

17 AVt verò loquimur de inducenda liberatione. Et tunc Bar. distinguit: dic vt per eum. †Aduerte tñ q̃d' qui tribus annis ꝓximis ostendit se soluisse præsumitur vsq; retro postea semp soluisse. tex. est no. in. l. quicunq;. quẽ Bar. reputat ibi singularẽ. C. de apochis publi. lib. x. Et illam. l. ad hoc reputat aureã Bal. in. c. literæ. ad finem. extra de dilatio. gl. in. l. ij. & ibi Sali. & alij. C. de iure emphy. do. meus Ias. in. d. l. si certis annis. C. de pac. ¶Vide Boerium in consue. Bituriceñ. tit. de præscriptio. §. iiij. in gl. & si erit tutus pro p̃teritis. & etiam Ioã. sanxon in consue. Turoneñ. tit. (des censes & rente censiere) arti. ij. in fi. fo. cxv.

AVt verò allegať verus titulus & legitimus, & probatur. Et in hoc non est dubium: tenent oẽs in. d. l. cum de in rem verso. & in. d. l. si certis annis.

AVt verò allegatur titulus, non tñ ꝓbatur, sed tm̃ præstatio decennalis: an ex hoc sit sufficiẽter probatũ ad obtinẽdũ in talibus præstationibus annuis, & hic pendẽt leges et ꝓphetæ: iõ est aduertendum plenius. Nam primò vr̃ q̃ probata præstatione decennali p̃sumẽdus est titulus: ita q̃ debitor possit in futurũ cõpelli ad dictã præstationẽ annuã. Ita tenent oẽs in. d. l. si certis annis. C. de pac. Faciunt ad hanc cõem cõclusionẽ multa. Primo tex. in. l. si fili⁹. C. de peti. here. quẽ Bar. dicit ibi esse singularẽ, & nescire alibi: de possessiõe decennali q̃ in filio facit p̃sumi iussum p̃ris, & aditionem: et ecõtra, tex. est in. l. q in aliena. in prin. de acqui. here. ex q̃bus iuribus cõsuluit Ale. in cõsi. cv. in. iij. vol. inci. Viso & diligẽter cõsiderato themate, in penul. col. Et ad p̃dictã cõclusionẽ faciunt q̃ dicit Panor. in. c. fi. extra: de cau. pos. & ꝓprie. Faciunt ad hoc plura q̃ dicit do. meus Ias. in. l. sciendum. in. vij. & viij. col. ff. de verb. obli. vbi plura dicit q̃ præsumuntur ex præstatione decennali.

18 BAr. †verò distinguẽdo in. d. l. cũ de in rem. verso. in hoc casu an presumatur titulus ex prestatione decẽnali, dicit: aut ius cõe resistit, & non presumiť titulus. l. cõperit. C. de p̃scri. xxx. vel. xl. anno. c. j. de p̃scri. i. vj puta in decimis: si vnus eps̃ colligeret in episcopatu alieno. vt in. d. c. j. vel si laicus possideret decimas, q̃ est contra ius cõe: tũc hoc casu ex diuturnitate temporis nõ p̃sumereť titulus. Andreas Siculus limitauit hanc singularem doctrinam Bar. nã vt dicit Barb. in cõsi. suo. xxxv. inci. Sapiẽter scribiť Paralipomenõ. in. vij. col. ibi, & si quispiã

Qñ præsumať titulus ex p̃statiõe decẽnali.

19 dixit. in. ij. vol. qñ Bar. voluit dicere †q̃ p easdẽ regulas, & ex eisdẽ causis ex q̃bus inducitur p̃scriptio: eodẽ mõ induciť p̃sumptio tituli q̃ solet acquiri ex diuturno tempore: & iõ sicut in reb⁹ sp̃ualibus) vt sunt decime) laicus est incapax nõ p̃sumitur p̃scribere: eodẽ mõ non p̃sumatur p̃sumptio tituli: quia (vt dicit) hoc est verũ, qñ actus est omni tẽpore informis, & tũc sit vera doctrina Bar. vt sicut nõ p̃scribitur ex tempore diuturno de cuius initio non extat memoria: ita & eodẽ mõ non p̃sumatur concessio tituli: sed vbi actus nõ est informis omni tẽpore, sed variatur ex tempore: tunc iudicatur scd'm tempus sibi cõgruens: q̃a actus actiuorum sunt in patiẽte bene disposito. plura ibi adduxit multũ singularia, q̃ in bñficialibus & diuturnitate tẽporis inducitur p̃sumptio tituli. ¶Aut ius cõe non resistit: & nunc queritur vtrum p̃sumatur cõtra facientẽ, vt puta contra soluentem, aut cõtra patientẽ. Primo casu, scilicet contra soluentẽ p̃sumiť titulus vt est tex. in. d. l. cũ de in rem v̾so. & iste est casus q plus practicať, q̃ q̃cunq; alius: ex quo videndũ est q̃ diuturnitas tp̃is faciat p̃sumere titulũ allegatũ: q̃a non p̃sumereť etiã ꝓbata p̃statiõe decẽnali. nisi esset allegatus p agentẽ: put tenet Ias. in. d. l. si certis ãnis. in. iij. col. p. l. si adulteriũ cũ iceste. §. idẽ pollioni. ff. de adul. Faciũt q̃ dicit Bar. in. l. cũ q̃d. in vlt. col. ff. si certũ peta. & p illũ tex. plura ibidem. in. ij. lec. in. v. col. Dñs meus ponit q̃ nõ p̃sumũtur nisi allegenť: & etiã Feli. i. c. cũ ordinẽ. in. xj. & xij. col. extrà de rescriptis. Faciunt q̃ dicit Alex. in consi. inci. Viso themate. in vlti. col. in. j. vol. Et dicit do. Gui. pa. in q̃õne sua. ccccviij. q̃ cã debet allegari q̃ ꝓbatur p p̃statione annuã. Caueat tñ aduocatus aut alius ne hoc faciat q̃a multi aduocati aut alij p̃dunt aĩam allegando cãm quã nõ vidẽt, nec ꝓbare sciẽte nisi ꝓbando p̃stationẽ annuam fuisse factam per longũ tẽpus ita dicit Albe. de rosa. post Odoffredũ in. d. l. si certis annis. & itellige q̃ allegeť i libello aľs nõ sufficeret postea ꝓbari, scd'm Sali. in d. l. si certis ãnis. in pe. col. Do. me⁹ Ias. in scd'a limitatiõe.

Regula.

Casus practicatus.

SEd quero, q̃ tempus requiratur, an decẽ annorũ, an vero quadraginta vel triginta, vr̃ p ea q̃ dicit Bart. in. d.

in.d.l.cũ de in rem verſo.ꝙ ſufficit præſtatio decẽnalis: & ſic ſufficit tempus decẽ annorum:& iſta vr̃ eſſe ſnĩa legiſtarũ Canoniſtæ verò videntur tenere ꝙ requiritur tempus.xl.annorũ.de hac diſputatione quid dicendum de iure:vide per Gui.pape in quæſtione ſua. ccccvij. & ſequenti.& vide Bal.in.l.ſolent.§.non vero.in totum.ff. de offi.procon. & legati.

...s præ... vni... men. 20 SEd ſtante conſuetudine ducatus Burgundię que eſt infra in fine dictãte†qđ omnes præſcriptiones ſunt vniformes:& redacte ad præſcriptionẽ.xxx.annorũ: an hodie in hac patria requiratur allegatio præſtatiõis annuæ p.xxx.annos:an verò ſufficiat pręſtatio decẽnalis cum allegatione tituli ſeu cauſæ.Et hæc quæſtio eſt multũ neceſſaria,maxime quia in Burgũdia frequenter his præſtatiõibus annuis vtimur,videlicet cenſu,reditu couſtuma,tallia,vel reddebentia,tachia vel tertia, de q̃bus ſupra dixi.¶Et aduertendum eſt,quia vt videmus,Bar. in.d.l.cũ de in rem verſo.dicit,ꝙ ex eiſdem cauſis ex quibus inducitur p̃ſcriptio,ex illis induciť p̃ſumptio tituli. De qua regula Andreas Siculus dictus Barb.in conſil. ſuo.xxxv.in.vij.col.in.ij.vol.ſupra allegato.Sed non inducit præſcriptio in Burgundia,niſi ſpatio.xxx.annorũ per conſuetudinẽ noſtram:ergo etiã minori tẽpore nõ induceť p̃ſumptio tituli:q̃ ſi nõ inducatur per ꝓbationes p̃ſtationis annuę cũ diuturnitate temporis non poterit agi,vt cogatur debitor in futurũ igiť &c. Sic ergo ex quo Bar.non facit differentiã inter inductionẽ p̃ſcriptiõis,& p̃ſumptionẽ tituli dicẽdum eſt ꝙ ſicut in Burgundia p̃ſcriptio non induciť minori ſpatio.xxx. annorum:ſic dicẽdũ erit in inductiõe p̃ſumptionis tituli.Cogita,q̃a neſcio ſi caſus eſſet pro amico an poſſet teneri cõtrarium.¶Cogitaueram cautelam,videlicet ꝙ intentetur condictio ex.l.cũ de in rem verſo.ff.de vſu.vel.l. ſi certis annis.C.de pac.ſed dictum Bar.in loco hic añ allegato me reddidit dubium in hoc:& ꝙ iſtud nõ eſſet tutum,niſi ſit tp̃s. xxx. annorum.

REgulam hic añ enucleatam extendunt quidam vt etiam locum habeat in eccleſia,q̃tum ad res tẽporales,ſcđm Sali.in ſeptima quęſtione,in illa.l.cum de in

Quid in eccleſia. 21 rem verſo.p rõnem:†quia eccleſia vtiť iure cõi, niſi appareat de cõtrario.gl.in.c.puenit.de cenſibus.facit tex.in c.j.de alie.feudi.Et ita tenet do.meus Iaſ.in.d. l. ſi certis annis.ꝙ intelligitur:ſed tamen do.And.Sicu. in conſil. ſuo.ix.incip.Sapienter doctiſsimus.in.xv. colum. in ſecundo volumi.

☞ADDITIO. Non tamen habet locum quando fit in piam cauſam, vt tenet Hippolytus de Marſilijs in ſingulari ſuo. ccxcij. incipi. diuturna præſtatio.✱

In fiſco quid. 22 QVid aũt in fiſco?do.meus Iaſ.in.d.l.ſi certis annis dicit†ꝙ ſicut habet locum in eccleſia,ita in fiſco cũ fiſcus & eccleſia ęquiparẽtur.l.fi.C.de ſac. ſan.eccl.¶Item quia pręſumitur ſpeciale in fiſco,niſi lex ſpecialiter dicat.glo.in.l.item veniunt.in prin.ff.de peti. hęre.& in.l.j.C.de peti.hęre.

In ruſtico et muliere. TErtiò extendit do.meus Iaſ.dictam.l.cum de in rẽ verſo.in ruſtico & muliere:& in hoc allegat Alex. ita tenentem in conſi.cxxiij.in.iiij.vol.& vide do. meũ Iaſ.in.l.ij.C. de fideic.Spe.tñ in.§.nũc dicendum ver. q̃d dices.de reſti.ſpoliato.tenet cõtrariũ:et cũ eo tenet And. Sicu.in conſi.ſuo.ix.in.xv.col.in.ij.vol.hoc eſt:quia pręſumitur violentia facta ruſtico per do.ita tenet Gui.pa. quęſtione ſua.ccccvij.in.iij.col.

PRo quarta extẽſione.d.l.cũ de in rem verſo. Aduerte admirabilẽ deciſionẽ Sali.in.l.filię cuius.in. ij. q.

13 C.fami.her.vbi dicit,†ꝙ ſi filius mortuo patre dicat certum fundũ ſibi fuiſſe à patre donatũ,eo q̃a p decenniũ viuo patre & patiẽte poſſedit de fructibus ꝓ libito voluntatis diſponẽdo:hoc modo ꝓbabitur donatio: iſta extenſio non multum facit:quia ſumus in caſu ſoluentis aliquid annuum.& non in caſu patientis:de quo dicam infra.Item etiã.l.cum de in rem verſo.non habet locum qñ allegatur donatio:vt dicam infra.

14 QVomõ†aũt p̃ſumatur donatio ponitur in.l.Procula.ff.de ꝓba.ꝙ eſt trib⁹ cõcurreñ.vt p Ale.cõſi. xlvj.in fi.in.j.vol.& in.l.quę dotis.in.vij. col. ff.ſol.mat.& in cõſi.lvj.in.iiij.vol.Feli.in.c.literas.de pręſum.Roma.conſi.cxliij. Præſumptio donationis.

SVPRADICTAM regulã limita pluribus limitationibus. Predicte regulæ limitationes.

PRimò limita.d.l.cũ de in rem verſo.nõ habere locũ qñ pręſtatio eſſet inęqualis:quia vno anno vnum par caponum,alio anno vnũ par gallinarũ, alio anno vnũ par anſerum:q̃a tunc illa p̃ſtatio diuturna nihil operať.p gl.in.l.ſeio.§.medico.ff.de annuis leg.quẽ ad hoc allegãt Bal.Ang.in.l.male agitur.in.ij.col.& in.l.oẽs.in ij.col.C.de pręſcri.xxx vel.xl.anno.¶Vide plene p Bar. in.l.ſolent.§.nunc verò.ff.de offi.proconſulis & legati.

SEcundò limita nõ habere locũ qñ pro multis annis fuiſſet facta vna ſolutio pluriũ pręſtationũ annuarũ quia tũc probatio illius p̃ſtatiõis nõ inducit p̃ſumptionem tituli,ita limitat Io.fab.in.l.j.C.de fideicom.in ſuo breuiario.Cy.in.d.l.ſi certis ãnis.in.vj.q.do.me⁹ Iaſ.in.l. ij.in.xlj.col.C.de iure emphy.& in.lxx.col.vbi amplè.et in.d.l.ſi certis annis.in.ij.col.C.de pac.¶De his duabus limitatiõibus vide G.Bñdi.in repe.c.ray.in ꝟbo,ſi abſq; liberis moreretur.ij.nume.181.vſq; ad nume.190.vbi ponit effectus pręſtationis annualis.extra de teſta.

